

ſperāt ⁊ deſiderāt ſibi ſalutē. ps. Participē me fac de⁹ ⁊c. Ex parte autē ſua ſalutē eos apoſtolus dicens. Gratia do mini noſtri ⁊c. Ubi ſciēdum ē qd duplex eſt modus appropriandi aliquid diuinis perſonis. Unus ē eſſentialiter ali⁹ cauſaliter. Eſſentialit̄ autē appropat diuinis perſonis ſicut patri potētia. qz ipſe ē potētia eſſentialiter in q̄tum ē prin cipium. Filio ſapiētia in q̄tum eſt verbū. Spiritui ſancto amor iquātus ē bonitas. Dic vero apoſtolus nō appropat iſta hoc modo. ſ. per eſſentiā: qz ſic oīa appropziarent ſpiri tui ſancto: ſed appropziat p cāz. Et ideo cū gratia ſit donū quo dimittunt nobis peccata. Ro. 3. Juſtificati gratis ⁊c. Et remiſſio peccatorū ſit nobis facta p filiū q carnē noſtrā accipiens p peccatis nr̄is ſatiſfecit. Jo. i. Gratia ⁊ vitas ⁊c. Propter hoc apoſtolus attribuit grām xpo. Un̄ dicit. Gra tia domini noſtri ⁊c. Charitas autē eſt nobis neceſſaria: qz opz nos vniri deo. p̄ Jo. 4. Qui manet in charitate in deo manet ⁊c. Et qz hoc eſt a deo patre iquātus ipſe ſic dilexit mundum vt filiū ſuū vnigenitū daret vt d̄ Jo. 3. Rom. 5. Cōmēdat autē deus ſuā charitatē. Ideo ſibi vt p̄ncipio iſtū charitatis attribuit charitatē cum dicit. Et charitas dei. ſ. patris. Cōmunicatio vero diuinorū ſit p ſp̄m ſanctus qz ē diſtributor donorū ſpiritualiū p̄ Loz. 12. Dec oīa operat̄ vnus atqz idē ſpiritus. Et ideo ſpiritu ſancto attribuit cō municationē cum dicit. Et cōmunicatio ſpirit̄ ſancti. Uel attribuit ſibi hoc. qz ipſe eſt cōmunis aly duab⁹ perſonis. Sic ergo apoſtolus in ſalutatione ſua optat omnia neceſ ſaria cū dicit. Gr̄a dñi nr̄i ieſu xpi ⁊ charitas dei ⁊ cōicatio ſp̄s ſancti ſit ſemp cū oībus vobis Amē. ¶ Gr̄a chriſti q̄ iuſtificamur ⁊ ſaluamur. charitas dei p̄ris q̄ ſibi vnimur: ⁊ cōicatio ſp̄s ſcti diuina nobis dona diſtribuentis Amē. ¶ Explicite aurea expō ſuper ſcda epiſtola ad corinthios an gelici doctoris ſancti Thome de aquino ordinis p̄dicatoz. ¶ Incipit mirabilis explanatio ſanctiſſimi doctoris Tho me de aquino ordinis p̄dicatoz ſup epiſtolā ad Galathas

¶ Prologus.



### Vetera nouis ſuperuenientibus

⁹ ꝑꝛoyiciētis. Leuitici. 26. Dec verba cō petunt preſenti epiſtole. In qua apoſtolus redarguit galathas q̄ in tantum ſeducti fue rūt a ꝑꝛeudo vt ſimul ſeruarēt legalia ⁊ eua gelium qd apoſtolus improperat eis in verbis ꝑꝛemiſſis dicens. Vetera nouis ſuperuenientibus ꝑꝛoyiciētis. In quibus verbis innuit dominus quadruplicem vetuſtatem. Prima vetuſtas eſt erroris: de qua. Eſa. 26. Uetus error abyt. ⁊ hec remota eſt ꝑ nouitatez doctrine chriſti. Mar. primo. Que eſt hec noua doctrina. Secunda vetuſtas eſt figure de qua. Hebr̄eo. 8. Conſumabo ſuper domū dauid ⁊ ſuper iuda teſtamentum nouum: non ſecundū teſtamē tum qd feci patribus eorum. Ubi primo oſtendit primūz teſtamentum eſſe vetuſtum ⁊ hoc renouari per nouitatez gratie ſeu veritatis preſentie chriſti. Jere. 31. Nouum faci et dominus ſuper terram ⁊c. Tertia eſt vetuſtas culpe de qua. ps. Quoniam tacui ꝑfitendo: ſcilicet peccata mea in ueterauerunt ⁊c. ⁊ hec renouatur per nouitatem iuſticie Romano. 6. In nouitate vite ambulemus ⁊c. Quarta eſt vetuſtas pene. Treſ. 3. Uetuiſtam fecit pellem meam: et hec renouabit ꝑ nouitatez gl̄ie. de q̄ nouitate. Eſa. vlti. Ec ce ego creo celū nouū ⁊c. apoc. 21. Dixit q̄ ſedebat i throno

Ecce noua facio omnia. CAP. I.



Rulus apoſtolus nō ab hominib⁹ neqz ꝑ hominē: ſed ꝑ ieſum xpm ⁊ deum patrē q̄ ſuſcitauit eum a moztuis: ⁊ q̄ mecū ſunt oēs fratres ec-

cleſijs galatbie. Gratia vobis ⁊ ꝑꝛ a deo patre noſtro ⁊ domino ieſu xpo. qui dedit ſemet ipſum ꝑꝛ peccatis noſtris vt eriperet nos de preſenti ſeculo neqz ꝑꝛ volūtatē dei ⁊ ꝑꝛis nr̄i cui eſt gloria in ſecula ſeculorū Amen.

¶ Scribit ergo apl⁹ galathis hāc epiſtolaz in qua oſtēdit qd veniētē grā noui teſtamēti d̄z ꝑꝛici vetus teſtamētum: ⁊ impleta veritate deſerat̄ figura qd duab⁹. ſ. grā ⁊ verita te adeptis ꝑueniat ad veritates iuſticie ⁊ glorie. Acgrunē autē illa duo ſi obſeruātia legalium dimiſſa: obſeruātie euan gely xpi ſeruētē iſiſtam⁹. Ordo autē hui⁹ epiſtole ꝑꝛgnus ē vt poſt duas eplas ad Corinthios: in quaz ꝑꝛma agit de ſacramētis eccleſie: in ſcda de miniſtris hoz ſacramētozū neceſſarie ſequat̄ eplā ad galathas: i qua agit de ceſſatiōe ſacramētozū veteris teſtamēti. Diuiditur autē hec eplā in duas ꝑꝛtes. in ſalutationē ⁊ eplarem narrationē ibi. (Mi roz qz ⁊c.) In ſalutationē autē ꝑꝛimo ponit ꝑſona ſalutantis Scdo ponunt ꝑſone ſalutate ibi. (Ecceſijs galatbie ⁊c.) Tertio bonū optatū ibi. (Gr̄a vobis ⁊c.) Circa ꝑꝛimū ꝑꝛmo ponit ꝑſona ſalutās ꝑꝛncipalr q̄ deſcribit̄ ex noie ⁊ ex auctoritate. Ex noie qdē cū dicit. Paulus. qd ꝑꝛgruit humili tati ſue: qz iſerptat̄ hūilis. Un̄ d̄ ꝑꝛme Loz. 15. Ego ſuz mi nimus apoſtoloꝝ ⁊c. Itē ꝑꝛgruit officio ſuo: qz ꝑꝛm aliū mo duz iſerptat̄ os tube. in quo ſpecialiter ē officiū ꝑꝛedica tionis ſignificatū. Eſa. 58. Quasi tuba exalta voce tuā ⁊c. Ex auctoritate autē deſcribit̄ cū d̄ (Apl⁹.) Ubi duo po nuntur. ſ. eius auctoritas ⁊ auctoritatis origo. Auctoritas qz apoſtolus q̄ miſſus. ¶ Sc̄iēdum ē autē qd apl⁹ in gbuſ dam epiſtolis ſcribit ſe ſeruū oſtēdēs nomē humilitatis vt in epiſtola ad romanos. In gbuſdā ꝑꝛo ſcribit ſe apoſto lum: oſtēdēs auctoritatē ſuā. Cuius rō eſt. qz romani ſupꝑ bi erant. ⁊ ideo apoſtolus vt iſeducat eos ad humilitatē ſcri bit ſe ſeruū in exemplum humilitatis. Galathis vero qz ſtulti erant ⁊ ſuperbi vt frāgat eos nominat ſe apoſtolum. ⁊ ideo hic ponit auctoritatem ſuam. Originem autem au ctoritatis ſue deſcribit cū dicit. (Nō ab hominib⁹ ⁊c.) Et ꝑꝛmo remouet originē extimātā. Scdo aſſignat veraz ibi. (Sed ꝑ ieſum xpm ⁊c.) Origo autē extimātā erat qz itātū galatbe ſeducti erant a ꝑꝛeudo qd crederēt apoſtolum nō eſſe eiūſdē auctoritatis: qua aly apoſtoli erāt: qz nō fuit do ctus a xpo vel ꝑꝛuerſatus cū eo ſz eēt miſſus ab eis q̄ſi mi niſter eoz. Opinione ergo iſtā remouet cum dicit. Nō ab hominibus ⁊c. Quidā eniz mittebant a toto collegio apo ſtoloꝝ ⁊ diſcipuloꝝ. Et ideo oſtēdēs ſe nō eſſe ab eis miſ ſuz d̄c. (Nō ab hoib⁹.) Quidā. n. mittebant ab aliq̄ aploꝝ ſp̄ali: ſicut paulus aliq̄n mittebat lucam ⁊ titū. Et iō oſtē dēs qd nec ſic miſſus ſit d̄c. (Neqz ꝑ homines.) .i. paliquē apoſtoloꝝ in ſpeciali: ſed ꝑ ſp̄m ſanctum qui dicit. Act. 13. Segregate mibi ⁊c. Lā autē originis huius veritatis vera eſt xps ieſus. Et iō dicit. (Sꝑ ꝑ ieſuz xꝑꝑ ⁊ deū ꝑꝛez.) Dec autem diſtictio cū dicit. Per ieſum xpm ⁊ deū ꝑꝛez ꝑōt ac cipi vel quātū ad ꝑſonā patris ⁊ ꝑſonam filij. Et tūc ali⁹ eſt in ꝑſona deus pater ⁊ alius ieſus xps. Ab vtroqz autē miſſus eſt beatus paulus ad ꝑꝛedicādum ⁊ a tota trinitate qz inſeparabilia ſunt opera trinitatis. Nō ſit autēz mē tio de ꝑſona ſpiritus ſancti. qz cum ſit vnio ⁊ neꝑꝛꝑ duo rum: ꝑſoſitis ꝑſonis duabus. ſ. patris ⁊ filij: itelligit̄ etiaz ſpiritus ſanctus. Uel ꝑōt ſumi diſtictio ꝑꝛedicta quātuz ad naturam aſſumptam. ſ. humanaz: qz ꝑꝛm nām diuinam nō eſt diſtictio inter deuz patrē ⁊ ieſum chriſtum. Et tūc miſſus eſt paulus per deum patrē ſicut per auctorem: ⁊ per ieſum xpm ſicut per miniſtrum. Roma. 15. Dico ieſum chriſtum miniſtrum fuiſſe ⁊c. Quia vero galatbe deroga bant apoſtolo qd nō fuiſſet cōuerſatus cū chriſto ſicut aly



## Ad galathas

nec missus ab eo. Ideo in hoc specialiter magnificat se qz illi fuerunt missi per christum adhuc uiuente in carne mortali. Ipse uero a christo iaz glorificato missus est. Ideo dicit. Qui. s. deus pater suscitauit eum. s. iesum christum in quatum hominem a mortuis. Quasi dicat. Apostolus suz no ab hominibus. s. collegio apostolorum: nec per homine. s. christum in mortali carne uiuentem: sed sum apostolus per christum iam suscitatum z glorificatum. Roma. 6. Christi resurgens a mortuis zc. Et quia presens uita significatur per sinistram: futura uero per dextram: iquantum ista est celestis z spiritualis illa uero temporalis. ideo petrus q uocatus fuit a christo adhuc in carne mortali posito ponitur i bulla pape i sinistra pte. paulus uo q uocat<sup>9</sup> fuit a xpo ia glorificato ponit in parte dextra.

**C**onsequenter euz dicit. (Et qui mecum sunt zc.) Ponunt persone adiuncte salutates: quas describit a dulci familiaritate: qz mecu sunt. s. ad solatium z adiutoriu. Prouer. 18. Frater q iuuatur a fratre zc. ps. Ecce qz bonu zc. Item ab inseparabili charitate cum dicit. Fratres. Jo. 13. In hoc cognoscent oes zc. Item ab yniuersalitate euz dicit. Hec: qd ideo addit: qz isti forte erant intantum seducti q dictu pauli non reputarent. Et ideo dicit. Omnes qui mecum sunt: ut ostendat eos testes esse ueritatis sue: z facile itelligant se errare dum ab oibus reprehenduntur. z. Cor. 1. Sufficit illi q eiusmodi est obiurgatio hec que fit a pluribus zc. Personas aut salutatas ponit cu dicit. Ecclie galathie zc. Ubi sciendum q sicut in glo. tangitur. Brenus dux senonum olim congregato exercitu intrauit italiam: qua ptra sita uenit in greciam ante tepus alexandri magni: ubi euz essent aliqui de gente sua remanentes in vna parte grecie miscuerunt se grecis: unde illa prouincia gallogrecia dicta est. Deinde illi galathe sunt appellati quasi albi. Et licet greci sint acuti ingeny: tñ illi galathe stulti erant z instabiles: z ad itelligenduz tardiores: sicut z indocilles galli: vñ originē traxerunt. Et io ifra dicit eis. O isensati galathe zc. Istis g scribit epistolā hāc. z isti sunt persone salute.

**C**onsequenter cum dicit. (Gratiavobis zc.) Pōnit bona q eis optat. Et pmo ponit ipsa bona optata. Scdo ipsoz bonozū auctorem ibi. (A deo patre zc.) Bona autez que eis optat sunt duo in quibus omnia bona spiritualia includuntur. Primum est gratia: que est principuz uite spiritualis cui in glo. ascribitur remissio peccatorum que est primum i uita spūali. Nullus. n. pōt eē in vā uita spūali nisi pus moriaf pctō. z<sup>m</sup> est pax q est getatio mentis in fine q in glo. dī eē reconciliatio ad deū: z sic dum optat principium z finē omnium bonozū spiritualium includit apostolus tanqz inter duo extrema desiderium omnis boni eis proueniendum. ps. Gratiā z gloriā dabit dominus. z. Cor. 1. vlt. Gratiā domini nostri zc. Bonozū autem ipsozū auctor est deus pater. z ideo dicit. A deo patre zc. Ubi primo ponitur bonozū causa. Secundo causandi modus ibi. (Qui dedit.) Tertio gratiaz actio pro ipsis bonis ibi. (Qui est bonoz zc.) Causa autez z auctoritas bonozū est deus pater tanqz actor iquantum deus: z tota trinitas que dicitur deus omnium per creationem. Sap. 14. Tu autem pater gubernas zc. Et ideo dicit. A deo patre. Itēz actor est dñs iesus christus sicut minister. Et hoc inquatum homo. Roma. 15. Dico iesus christum ministrum zc. Et q per christū sit nobis gratia patet Jo. primo. Gratiā z ueritas per iesus christus facta est. Et Ro. 5. Iustificati gratis zc. Pax etiā est nobis per ipsum. Jo. 14. Pacem meā do uobis zc. Modus autem causandi hō bona ponitur cum dicit. Qui tradidit zc. Ubi primo ponitur causa efficiens que est mors christi. Et quatum ad hoc dicit. Qui dedit semetipsum zc. Quasi dicat. Ideo christus est auctor gratie z pacis: qz ipsi

mortui dedit se z sustinuit crucem. unde ipsa mors christi ē causa efficiens gratie. Ro. 5. Iustificati gratis zc. Et Col. primo. Pacificans que in celis zc. Et dicit primo. Qui dedit zc. id est sponte se obtulit. Ephe. 5. Dilexit nos christus z tradidit zc. Heb. 2. Pro omnibus nobis gustaret mortē Tyt. 2. Qui dedit semetipsum zc. Ex quo manifeste apostolus arguit contra eos q si mors christi est sufficiens causa salutis nostre. z in sacramentis noui testamenti que efficaciam habent ex passione christi conferuntur gratia: q superfluum est simul cum nouo testamēto seruari legalia: in qbus gratia nō conferuntur: nec salus acquiritur: qz nemines ad perfectum adduxit lex ut dicitur Heb. 7. Secundo ponitur finis z utilitas ipsozū bonozū que est causa finalis: z est duplex. Unus est ut liberemur a peccatis preteritis: z quantum ad hoc dicit. Pro peccatis nostris: scilicet preteritis delendis z expiandis qd est initium nostre saluationis. Apocal. primo. Dilexit nos zc. Alius finis est ut liberaret nos a potestate mortis: z quantum ad hoc dicit. Ut eriperet nos de presenti zc. Col. primo. Eripuit nos a potestate zc. Et ponit tria: scilicet ut eriperet inquit de presenti z seculo: z neqz. Ut eriperet trahendo nos ad eterna per desiderium z spem. De seculo. id est de conformitate huius mundi qui nos allicit ut non ei conformemur. Romanoz. 12. Nolite conformari huic seculo zc. Neqz rediens nos ad ueritatem iusticie. Et dicitur seculum nequā non propter sui naturam: cum bonum sit creatum a deo: sed propter mala que in eo fiunt. sicut illud Ephe. 5. Dies mali sunt zc. Et Hei. 4. 7. dixit iacob. Dies peregrinatiois uite mee. 130. annozū sunt parui z mali zc. Et licet hec sint nobis per christum: non tamen excluditur deus pater. Et ideo ponitur tertio acceptatio diuine uoluntatis. Unde dicit fm uoluntatem dei z patris. Patris inqz christi per naturam qua ab eterno procedit ut uerbum. ps. Ego hodie genui te. Joan. primo. In principio erat uerbum zc. Item patris nostri per adoptionem. Jo. primo. Dedit eis potestatem zc. Primo modo ly deus pater accipitur pro sola persona patris. Secundo modo pro tota trinitate. Et quia a deo patre nostro: scilicet a tota trinitate: hec omnia proueniunt nobis per christum. Ideo ipsi. s. toti trinitati gloria in se: bonoz alyz sit uel est in secula seculozū. id est semper. Amen est nota confirmationis. Habes ergo in summa in salutatione predicta auctoritatem apostoli qua eorum superbiam frangit. Uirtutem gratie qua eos ad obseruantiam euangely prouocat: z insufficientiam legaliaz ut ab eis eos reuocet.

**Lectio.**

**II.**

**M**oz q sic taz cito transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiam christi in aliud euangelium qd nō est aliud nisi sunt aliqui qui uos conturbant: z uolunt conuerrere euangelium christi. Sed licet nos aut angelus de celo euangelizet uobis preter qd euangelizauimus uobis anathema sit Sicut prediximus z nunc iterum dico si quis uobis euangelizauerit preter id qd accepistis anathema sit. Adodo eniz hominibus suadeo an deo: An quero hominib<sup>9</sup> placere: si adhuc hoibus placere: christi seruus nō essem.

**C**In superioribus pcessit saluatio: sequitur in sequentibus epistolaris narratio. In qua arguit ap<sup>9</sup> eoz erroz. Secundo monet eos ad correctionē. s. cap. 1. (State ergo zc.) Errorem autem eozū arguit dupliciter: z per auctorita-

*origo galath.*



tem euangelici documenti: et per rationem veteris testamenti  
 3<sup>o</sup> cap: ibi. (Oisensati etc.) Arguit autem errores ipsorum ostē-  
 dendo auctoritate euangelice doctrine. Primo ostendē-  
 do ipsorum leuitatem quatum ad leuem dimissionem euange-  
 lice doctrine. Secundo commendando auctoritatem ipsius do-  
 ctrine euangelice: vt sic quanto dignius est quod dimittunt: ta-  
 to eorum error appareat maior ibi. (Notum enim vobis fa-  
 cio etc.) Circa primum duo facit. Primo enim exaggerat cul-  
 pam. Secundo infligit penam ibi. (Sed licet nos etc.) Culpam  
 autem exaggerat et seductorum et seducendum ibi. (Nisi sint etc.)  
 Circa primum tria facit. Primo enim aggrauat culpam se-  
 ductorum ex animi leuitate. Unde dicit. miror. Quasi di-  
 cat. cum sciatis tot bona que dicta sunt puenire vobis per  
 christum: et quod cum fueritis ita bene instructi per me: tamē  
 sic. i. intantum et tam vehementer vt videamini iam obli-  
 ti tam cito. i. in tam breui tempore transferimini: vt alludat  
 nomini. Halathia enim translatio dicitur. quasi dicat. Vos  
 estis galathe: quia tam cito transferimini. Ecclesiastici. 19. Qui  
 cito credit leuis est corde. Secundo aggrauat eorum culpam  
 ex eo quod dimiserunt. Si enim ratio recedit et transferitur  
 a malo comedabilis est et bene facit: sed quando recedit a bo-  
 no tunc est culpabilis. Et sic isti a bono translati erant. Et  
 ideo dicit eis. Et si mirandus sit quod tam cito: et sic transferi-  
 mini: addit tamē materiam admirationis quod transferimini ab  
 eo. s. a deo et a fide eius qui vos vocauit in gratiam christi. i.  
 in participationem eterni boni quaz habemus per christum.  
 prima. Pet. 2. Gratias agētes deo qui vos vocauit in ammi-  
 rabile lumē suum. Ite. 2<sup>a</sup>. Pet. 2. Melius erat eis vias ve-  
 ritatis nō agnoscere quā etc. Secundo aggrauat eorum culpam  
 ex eo quod conuersi sunt: quia non sunt conuersi ad bo-  
 num sed ad malum. Unde dicit. In aliud euangelium. i. ve-  
 teris legis que annūciatio bona est in quibus annūciat que-  
 dam bona. s. temporalia et carnalia. Ita. primo Si volueritis  
 et audieritis me etc. Sed tamē nō est perfecta et simpliciter  
 euangelium: quia nō annūciat perfecta et maxima bona: sed  
 parua et minima. Sed lex noua est perfecte et simpliciter  
 euangelium. i. bona annūciatio: quia annūciat maxima bona. s.  
 celestia spiritualia et eterna. Et licet sit aliud euangelium  
 secundum traditionem pseudo: tamē secundum meam predicationem nō. Est  
 enim aliud in promissis sed nō est aliud in figura: quia idem  
 continetur in veteri testamento et in nouo. In veteri quidē  
 vt in figura: in nouo vero vt in re et expresse. Et sic est aliud  
 euangelium quatum ad ea que exterius apparent: sed quatum  
 ad ea que interiorius sunt et continentur nō est aliud: licet au-  
 tem nō sit aliud in se tamē potest eē aliud ex culpa aliorum:  
 scilicet seducendum. Et ideo eorum culpam exaggeras dicit. Ni-  
 si sint aliqui. seductores qui vos cōturbant. i. puritatem  
 sensus vestri: qua imbuti fuistis per fidei veritatem obfuscāt:  
 quia licet idem cōtineatur quatum ad interiorē intellectus per  
 veteris et nouis testamentis: vt dictus est: tamē si post susce-  
 ptionem noui testamenti reiterat veteris. videtur ostendi quod  
 nouum nō sit perfectius et quod illud sit aliud ab isto. Et ideo di-  
 cit. Quod non est aliud nisi sunt etc. quia isti pseudo post fi-  
 dei euangelice susceptionem cogebant eos circūcidi. ostēden-  
 tes per hoc quod circūcisio est aliquid aliud quā baptismus: et  
 efficit aliquid quod baptismus nō potest efficere: et ideo isti  
 cōturbāt vos. infra. 5. Utinam abscondant qui vos contur-  
 bāt etc. Et vere cōturbant: quia volunt cōuertere euange-  
 lium christi. i. veritatem euangelice doctrine in figuram legis  
 quod est absurdus et turbatio maxima. In illud enim debet  
 aliquid cōverti ad quod ordinatur. Nouis autem testamē-  
 tus et euangelium christi nō ordinatur ad veteris sed potius ecō-  
 uerso lex veteris ordinatur ad legem nouam sicut figura ad ve-  
 ritatem. Et ideo figura cōverti debet ad veritatem: et lex veteris in  
 euangelium christi: nō autem veritas in figuram neque euangelium

christi in legem veterem: quod per ipsum usum loquendi. Nō enim  
 dicimus quod homo sit similis imagini hominis: sed potius ecōuer-  
 so imago est similis homini. Iere. 15. Ipsi uertentur ad te etc.  
 et Leuit. 26. Nouis superuenientibus etc.  
 Cōsequenter post exaggerationem culpe potitur inflicto pe-  
 ne cui dicit. (Sed licet etc.) Et circa hoc duo facit. Primo  
 promulgat sententiam. Secundo rationem sententie assignat ibi. (Mo-  
 do enim hominibus etc.) Circa primum duo facit. Primo  
 ostendit auctoritatem sue sententie. Secundo profert eam ibi.  
 (Sicut predicti etc.) Ostendit autem auctoritatem sue sententie  
 multas eē quod nō solum in pueriores et in seductores subditos:  
 sed etiam in pares: sicut sunt alij apostoli: et in superiores: sicut  
 sunt angeli: si huius criminis. s. cōuersiōis euangelij in vete-  
 re legē rei eēt efficaciaz haberet. Et ideo dicit. Quia nostre  
 sententia auctoritas: quaz ego promulgo: que ē excōmunicatio  
 nō solum in illos qui talia itēdūt efficaciaz hz sed licz nos. s.  
 apostoli aut angelus bonus vel malus de celo veniens euā-  
 gelicet propter quod euāgelicatus ē a nobis: anathema sit  
 .i. reus erit huius sententia quaz promulgamus. Ad euidētiam  
 autem dictorum tria inquirere oportet. Primo quid significat hoc  
 nomē anathema. Circa quod sciendum est quod anathema ē  
 nomē grecum et componitur ab ana quod est sursum et the-  
 sis positio quasi sursum positio. Et ē ortus ex quadam anti-  
 qua cōsuetudine. Antiqui enim quādo pugnabāt capiebant  
 aliquādo aliquas pda ab hostibus quā nolebāt cōuerte-  
 re in usum proprium sed suspēdebāt illas in templis vel in aliquo  
 publico loco ciuitatis: quasi separatā a cōmuni vsu homi-  
 num: et omne tale sic suspēsum nominabāt greci anathema:  
 et ex hoc inoleuit cōsuetudo quod omne illud quod excludē-  
 batur ab vsu cōmuni diceretur anathematizatus. Unde  
 dicitur Josue. 6. de Jericho et omnia que in ea sunt. Quia  
 Josue mox anathematizauit ea. Et ideo et hoc in ecclia inole-  
 uit vt illi qui excluduntur a cōmuni societate ecclie et a par-  
 ticipatiōe sacramentorum ecclie dicantur anathematizati.  
 Secundo inquirēda ē ratio eorum quod dicit. (Licet nos aut  
 angelus etc.) Ubi sciēdus est quod ē triplex doctrina. Prima  
 est philosophorum: qui ex ductu rationis proprie in cogni-  
 tionem sue doctrine deuenerūt. Quedam alia doctrina ē quod  
 tradita per angelos sicut lex vetus. Lex enim nō est allata  
 voluntate humana: sicut dicitur ad Galat. 3<sup>o</sup>. Sed per angelos  
 in manu mediatoris: vt dicitur ifra. 3. Quedam vero doctrina  
 tradita ē a deo immediate: sicut doctrina euangelij. Io. primo.  
 Deum nemo vidit vnquam etc. Debe. primo. Nouissime diebus  
 istis locutus est nobis in filio. Et post. Que cuius initium ac-  
 cepisset etc. doctrina ergo que traditur per hominem potest mu-  
 tari et reuocari per alium hominem qui melius nouit: sicut vnus  
 philosophus reprobat dicta alterius. Ite per angelum qui per  
 spiritum sanctum videt veritatem. Doctrina etiam quod traditur per angelum  
 potest forte remoueri per alium angelum superiorē seu per deum.  
 Sed cōtra que immediate a deo traditur nō potest neque per ho-  
 minem neque per angelum irritari. Et ideo si contingat quod homo  
 vel angelus diceret cōtrariū illi quod per deum tradita ē dictus  
 suus nō ē cōtra doctrinam vt per hoc irritetur et repellatur sed  
 potius doctrina ē cōtra eum: quia ipse qui dicit debet excludi  
 et repelli a cōmuniōe illius doctrine. Et ideo dicit apostolus  
 quod dignitas doctrine euangelice quod ē immediate a deo tradita  
 ē tāte dignitatis quod siue homo siue angelus euāgelicet ali-  
 ud propter id quod in ea euāgelicatum ē: ē anathema. i. abiciē-  
 dus et repellendus ē. Tertio soluere oportet obōnes quod circa  
 hoc occurrūt. Quorum vna ē cū par in parē nō hēat impius.  
 et multo magis nō hēat in superiorē: vt quod apostolus non potuit excō-  
 municare apostolos quod erāt sibi pares et angelos quod sūt superiores. Mat.  
 ii. Qui minor ē in regno celorum maior ē illo. Nō ē gā anathe-  
 ma per hoc. Ad hōc dōm ē quod apostolus potuit hāc sententiam nō per  
 propria auctoritate sed auctoritate euangelice doctrine cui minister

Anathema qd  
 sit



## Ad galathas

erat: cuius doctrine auctoritas habet vt quicumq; cōtra il-  
laz dicunt excludēdi ⁊ repellendi sint. Jo. io. Sermo quē  
locutus sum ille iudicabit eū in nouissimo die ⁊c. **C**Alia  
questio est: qz ipse dicit p̄ter q̄z quod euangelizatus est. Er-  
go nō debet aliquis docere neq; p̄dicare nisi quod scribit  
in epistolis ⁊ in euangelio. S3 hoc est falsum: qz p̄<sup>a</sup> Thess.  
3<sup>o</sup>. dicitur. Ut compleamus ea que desunt fidei nostre ⁊c.  
**C**Rūdeo dicēdum est qz nihil aliud euangelizanduz est  
q̄ illud qd continetur in euāgelis ⁊ in epistolis et in sacra  
scriptura implicite vel explicite. Nā sacra scriptura ⁊ euā-  
gelium euangelizat eē credenduz christo explicite. Unde  
quicqd cōtinet in eis implicite que faciūt ad doctrinā ei<sup>9</sup>  
⁊ ad fidem christi euangelizari ⁊ doceri potest. Et iō cuz di-  
cit. (P̄ter id ⁊c.) i. oīno alienū addendo. Apoc. vlti. Si  
quis apposuerit ad hec aut addiderit oīo alienuz apponat  
deus sup illū plagas scriptas in libro isto. Et Deut. 4. Nō  
addetis quicq; ⁊c. s. dñuz seu alienū nec minuetis ⁊c.

**C**Lōsequēter cum dicit. (Sicut p̄dixi ⁊c.) Sniam suaz  
p̄fert in malo dicēs. Sicut p̄dixi de angelis ⁊ apostolis:  
idez dico de seductoribus: si quis seductor euāgelizauerit  
p̄ter id qd accepistis a me: anathema sit. i. excoīcat<sup>9</sup>. Et  
hec est snia quā p̄fert. **C**S3 nūquid ex hoc sunt excoīmu-  
nicati omnes heretici videtur qz nō: qz dicit Tit. 3. Here-  
ticū hoīem post p̄mā ⁊ scōbz correctionē deuota ⁊c. **C**Re-  
spondeo. dicēdū est qz hereticus potest dici aliquis vel qz  
simplr errat ex ignorātia: ⁊ ex hoc nō est excoīmunicatus.  
Uel qz errat ex pertinacia ⁊ alios nititur puertere: ⁊ tunc  
iurrit in canonē late snie. Utrū aut ex tūc his v̄bis sniam  
in hereticos p̄tulerit dubiuz est. Lū tñ snia iam lata sit cō-  
tra hereticos in cōcilis. Potest tamē dici qz forte hic ostē-  
dunt excoīmunicatione digni.

**C**Lōsequēter cuz dicit. (Nō enim hominibus ⁊c.) Quidit  
rōnem snie. Ubi p̄mo ponit rōnem ipsius snie. Scōdo ma-  
nifestat hic p̄positū ibi. (An quero ⁊c.) Posset enī aliquis  
dicere. Quare sic excoīmunicas. Forte aliq sunt amici vel  
alicuius auctoritatis. Nō ergo sic faciēdū est. Ideo respō-  
dens apostolus dicit. Immo sic faciēdus est: qz ea que mo-  
do dico nō sunt ad fauorē hoīum: s3 vt placeam deo: ⁊ hoc  
est qd dicit. Nō enī. i. post cōuersionē. Uel in ista epistola.  
Suadeo hoībus. i. tēdit ad hoc appetitus meus: vt placeā  
hoīb<sup>9</sup> an deo: Quasi dicat. Hec que facio ideo facio: vt cō-  
placeam soli deo. p̄<sup>a</sup> Thess. 2. Loquimur nō quasi hoībus  
placētes: sed deo ⁊c. Nec etiam loquimur auctoritate ho-  
minuz: s3 diuina. Qz autē nō itendam placere hominibus  
p̄ ex itētione ⁊ ex p̄posito meo. Nam ego nō quero homi-  
nibus placere. i. nō est itētione mee hoīes puertere vt pla-  
ceam hoībus tñ: sed p̄pter honorē dei. Et hoc p̄z: qz si ad-  
huc itēderē placere hoībus vt olim placui: nō essem fūus  
christi. Cuius rō est: qz hec sunt cōtraria. Ita duntaxat: vt  
s. velim placere hominibus p̄pter hoīes nō referēdo illō  
in deum. Si enī ideo itēdam aliquando placere hoībus:  
vt eos traham ad deuz nō pecco. S3 si p̄mo mō nō suz ser-  
uus xpi. Esa. 28. Loangustatū est stratum: ita vt alter deci-  
dat ⁊c. Mat. 6. Nemo pōt duob<sup>9</sup> dñis seruire ⁊c. ps. Cōfusi  
sunt q hoībus placēt.

**C**Lectio. III.

**N**otum enim vobis facio fratres euan-  
gelium quod euangelizatum est a me:  
quia non est s̄m hominem. Neq; enī  
ego ab homine accepi illud neq; didici  
sed per reuelationem iesu christi. Audistis enī  
cōuersionem meam aliquando in iudaismo:  
quoniam supra modū p̄sequebar ecclesiaz dei  
⁊ expugnabam illam ⁊ proficiebam in iudaif-

mo supra multos coetaneos meos in gn̄e meo  
abundantius emulatoz existes paternarū mearum  
traditionum.

**C**Supra apostolus redarguit galathas de leuitate animi  
eo qz sic cito dimiserāt doctrinaz euāgelis: hic vero ipsius  
euāgelice doctrine dignitatē ostēdit. Et circa hoc duo fac.  
Quia p̄mo cōmēdat auctoritatē doctrine euāgelice s̄m  
seipsam. Scōdo ex parte alioz apostolorū ⁊ sua simul. 2<sup>o</sup>  
caplo ibi. (Deide post ānos q̄ttuordecim ⁊c.) Iterum p̄i-  
ma pars diuidit in duas. qz p̄mo p̄ponit itētuz. Scōdo ma-  
nifestat p̄positum ibi. (Audistis enī ⁊c.) Circa p̄mū duo  
facit. P̄mo p̄ponit qd itēdit. Scōdo p̄bat qd p̄ponit  
ibi. (Neq; enim ⁊c.) Intēdēs q̄ cōmēdare vitatē euāge-  
lice doctrine dicit. (Notū vobis ⁊c.) Quasi dicat. Ita suz  
certus de auctoritate euāgelis qz nō solū hoībus: imo etiā  
angelis cōtrariū nō crederē: s3 eos si cōtrary eēt anathe-  
matizārē. Quam quidē certitudinē ex hoc habeo: qz ma-  
gis credēdus est deo qz hoībus seu angelis. Et ideo cū ego  
habuerim illud euangelium a deo maximam certitudinē  
habere debeo ⁊ habeo. Et ideo dicit. Notum enim vobis  
facio frēs euāgelis quod euāgelizatum est a me vobis  
⁊ alys ecclis: qz nō s̄m hoīem. i. s̄m humanā nām discov-  
dantē a regula seu reuelatione diuina. Et sic ly s̄m hoīem  
sonat in vitium. p̄<sup>a</sup> Cor. 3. Lum enim sit iter vos celus ⁊ cō-  
tētio ⁊c. Et sic accipit hic apostolus. Et iō dicit. Nō s̄m ho-  
minē docētē me v̄mittētē. Quasi dicat. Nullo modo po-  
test hoc euangelium haberi ab hoīe: s3 a deo. Et ideo sub-  
dit. Neq; enim ego ab hoīe ⁊c. Ubi duplicē modum acce-  
ptionis excludit. P̄mo qz nō habuit ab hoīe auctoritatē  
euāgelizandi: ⁊ q̄tū ad h̄ dic. Neq; ab hoīe. s. puro accepi il-  
lud. i. auctoritatē euāgelizandi euāgelis: s3 a xpo. Ro.  
io. Quomodo p̄dicabūt nisi mittant. Esa. 42<sup>o</sup>. Dedi te in  
lucem gētū ⁊c. Act. 9. Uas electiōis ē mibi iste ⁊c. Scōdo  
qz nō accepit sciam euāgelizandi ab hoīe. Et iō dicit. Neq;  
didici. s. euāgelii p̄ hoīem puruz: s3 p̄ reuelationē iesu chri-  
sti. i. p̄ iesum xpm oīa clare ostendētē. p̄<sup>a</sup> Cor. 2. Nobis au-  
tē reuelauit d̄s ⁊c. Esa. 50. Dñs deus aperuit mibi aurē ⁊c.  
Et ibidē. Domin<sup>9</sup> dedit mibi linguā eruditaz: vt sciam ⁊c.  
Hec autem reuelatio facta fuit apostolo cum raptus fuit  
in paradisu: vbi audiuit archana verba que non licet ho-  
mini loqui. 2<sup>o</sup> Cor. 12<sup>o</sup>.

**C**Lōsequenter cum dicit. (Audistis enim ⁊c.) Probat p̄-  
positum. s. qz non accepit ab homine euangelium neq; an-  
te cōuersionē neq; post conuersionē ad christum ibi. (Lū  
enim placuit ⁊c.) Qz autē nō acceperit ab homine ante cō-  
uersionē suam ostēdit ⁊ p̄ odium qd habebat ad fidē xpi ⁊  
⁊ ad christianos: ⁊ p̄ feruorē quē habebat ad iudaismū ibi.  
(Et proficiebam ⁊c.) Dicit ḡ. Dico qz nō accepi ab homi-  
ne ⁊ hoc ante conuersionem meam: quod patet ex factis  
illius temporis ⁊ ex odio quod habebam ad fidem. Nam  
vossi ipsi audistis. in fra eodem. Tantum autem audituz ha-  
bebant ⁊c. Conuersionem meam aliquando duz infide-  
lis eram in iudaismo quo iudaice vivebam. Et dicit meā:  
quia hoc quod male facimus ex nobis est: ex deo autem  
quicquid boni facimus. Osce. 13<sup>o</sup>. Ex te perditio tua israel  
ex me auxilium tuum. Istud scilicet audistis: quoniam su-  
pra modum: scilicet aliozum: quia non solum per se: sed p̄-  
uocabat principes ad hoc. Aly enim forte a principibus i-  
ducti persequebantur: sed iste eos inducebat. Actuum. 9<sup>o</sup>.  
Saulus adhuc spirans minarum ⁊c. Accessit ⁊c. Et quia  
non solum in hierusalem: sed etiam per totam regionem.  
Unde accepit litteras in damascuz ⁊c. Unde de eo potest  
intelligi illud quod dicitur Gen. 49<sup>o</sup>. Benjamin lupus ra-  
pax ⁊c. Persecutus sum eccliaz dei. s. inquirendo christia-



nos et fugando. p<sup>a</sup> 1<sup>a</sup> Cor. 15. Non sum dignus vocari apostolus etc. Et expugnabam illam non quidem spiritualiter: quia corda fidelium non poteram a fide auertere: sed corporaliter affligendo eos penis corporalibus et ponendo in carcere. Act. 13. 9. Nonne hic est qui etc. ps. Sepe expugnauerunt me etc. Sic ergo per odium quod habebat ad fidem christi: ante conversionem. s. quod non accepit euangelium ab homine. p<sup>a</sup> hoc etiam per amorem et feruorem celi quem habuit ad iudaismum: et hoc quantum ad perfectum exteriorum. Unde dicit. Et proficiebam etc. Ubi tria ponit que exprimit perfectus magnitudinem: quia supra multos non paucos proficiebat: non supra senes ineptos ad perfectum scilicet: sed coetaneos adulescentes acutos et aptos ad perfectum. Item. 3. Bonum est viro cuius portauerit iugum ab adulescentia sua. Item non supra coetaneos extraneos quasi ignote lingue: sed illos qui sunt in genere meo. s. iudeorum. Act. 22. Ego sum vir iudeus secus pedes gamalielis eruditus etc. Item quantum ad celum interiorum quem habebat ad legem. Et ideo dicit. Abundantius pre alijs emulator existens non solum legis: sed patrum meorum traditionum. s. quas habet iudei licitas: quas boni patres addiderunt: ut dicitur in Hieronimo. quas quidem traditiones vocat suas: quia ita reputabat eas ac si sue fuissent. Phil. 3. Secundum legem phariseus secundum emulationem persequens etc. Sed quod est super hoc quod dicit Hieronimo. Boni patres addiderunt. Uidetur quod non fuerint boni: quia Deut. 4. dicitur. Non addetis ad verbum quod ego loquor vobis etc. Ergo fecerunt contra mandatum domini: addentes traditiones: et sic non fuerunt boni. Dicendum est quod verbum illud domini intelligendum est non addetis aliquid contrarium seu extraneum vobis que ego loquor etc. Addere autem aliqua que non sunt contraria licuit eis. s. aliquos dies solenes et alia similia sicut factum est tempore mardochei et tempore Judith in memoriam beneficiorum que a deo recipiebant. Contra. Mat. 15. Dominus reprehendit eos dicens. Irritum fecistis mandatum domini propter traditiones hominum. Non ergo sunt licite traditiones. Contra. Rideo. dicendum est quod non arguuntur quod tenent traditiones hominum: sed quia propter traditiones hominum dimittunt mandata dei.

Lectio. III.

**T**am autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris mee et vocauit per gratiam suam ut reuelaret filium suum in me ut euangelizarem illum in gentibus:

continuo non acquieui carni et sanguini. Neque enim veni hierosolymam ad antecessores meos apostolos: sed abi in arabiam et iterum reuersus sum damascum.

Postquam autem apostolus ostendit quod ipse non accepit ab homine euangelium ante suam conversionem: nunc hic probat quod non accepit ipsum ab homine post conversionem suam. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod non recepit euangelium ab homine tempore conversionis sue. Secundo quod nec etiam post conversionem suam ibi. (Deinde post annos tres etc.) Circa primum duo facit. Quia primo ostendit quod non accepit euangelium ab apostolis neque didicit. Secundo quod non ab alijs fidelibus ibi. (Sed abi in arabiam etc.) Circa primum duo facit. Primo ostendit causam efficietem sue conversionis. Secundo finem ibi. (Ut reuelaret etc.) Tertio modum ibi. (Continuo non acquieui etc.) Circa primum notat causam sue conversionis que duplex est. s. beneplacitus dei: quod est diuina electio et conuertentis vocatio. Quantum ad primum dicit. Tu autem placuit. s. deo non quando volui ego sed quando placitum fuit sibi: quia non est volentis neque currentis etc. ut dicitur 1<sup>a</sup> Ro. 9. ps. Beneplacitum est domino etc. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis etc. Qui. s. deus meus. s. rebellis. p<sup>a</sup> 1<sup>a</sup> Cor. 15. Ego sum minister apostolorum etc. quoniam persecutus sum etc. Act. 9. Saulus

adhuc spirans minarum etc. Persecutor etc. Act. 9. Saulle saule quid me persequeris etc. Blasphemum. p<sup>a</sup> 1<sup>a</sup> Thim. 3. Qui sui blasphemus etc. Me tale inquam segregauit de utero matris mee. Uel ad istam. Qui fecit me nasci ex utero matris mee. Et vere dicitur deus segregare ex utero licet sit opus nature que est quasi instrumentum dei: quia opera etiam nostra operatus es in nobis etc. Sic et effectus principali agenti attribuitur. Ideo dicitur Job. 10. Pelle et carnibus vestisti me etc. Et ab hoc utero segregatus est ad iustificationem: quia eiusdem est iustificare cuius est condere. ps. De utero matris mee etc. Uel ex utero matris mee. s. synagoge: cuius uterus est collegium phariseorum qui nutriebant alios in iudaismo. Mat. 23. Lituitis mare et aridas ut faciatis etc. Sic ergo mater sua fuit synagoga. Lanti. p. filij matris mee pugnaverunt contra me etc. Uterus eius sunt pharisei. Ex hoc ergo utero est segregatus per spiritum sanctum ad fidem euangelij. Roma. p. Segregatus in euangelium dei. Uel mater sua est ecclesia christi. Uterus eius collegium apostolorum. Segregauit ergo deus ipsum ab utero ecclesie. s. a collegio apostolorum in officium apostolatus et predicationis ad gentes: quando dixit apostolis. Act. 13. Segregate michi barnabam et paulum etc. Uocat autem synagogam matrem suam: quia phariseus erat quasi magnus in ea: duos vero phariseus et ex phariseis: quia zelator legis erat. supra. Abundantius autem emulator etc. Quantum autem ad aliam causam dicit. Et vocauit etc. Est autem duplex vocatio. Una est exterior et sic dicit vocauit me ex celesti voce. Act. 9. Saulle saule quid me persequeris etc. Ua de in ciuitate etc. sic etiam alios apostolos vocauit. Alia est interior: et sic vocauit per quedam instinctus interiorum quo deus per gratiam tangit cor ut conuertatur ad ipsum: et sic vocauit a matris via in bona: et hoc per gratiam suam non nostris meritis. Ro. 8. Quos predestinavit hos et vocauit etc. Esa. 45. Suscitauit eos ad iusticiam etc. Amos. 5. Qui vocat aquas maris etc. Si nis autem conversionis ponit cum dicit. ut reuelaret filium etc. Qui quidem finis est christus. Ordinat autem conuersio sua ad christum dupliciter. s. facto et sic dicit. Ut reuelaret filium suum. i. in eo quod circa me fecit conuertendo me et dimittendo peccata michi reuelaret quanta sit michi facta misericordia. p<sup>a</sup> 1<sup>a</sup> Thim. 3. Christus iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere etc. Sed ideo misericordia dei consecutus suus: quia ignorans etc. Sic greuelauit in eius conversione filium suum: et hoc in quantum filius dei gratia dei. Item reuelauit eum in eius operatione. Ubi dicebat ipse. Ro. 15. Non enim audeo aliquid loqui eorum que per me non effectus christus in obedientiam gentium: in verbo factis et veritate etc. Et hoc in quantum filius verus est dei. Item reuelauit eum in eius predicatione. Ubi ipse. p<sup>a</sup> 1<sup>a</sup> Cor. 15. dicebat. Nos predicamus etc. Usque ad diuinitatem. Et hoc in quantum filius eius dicitur dei sapientia. Item ordinat ad christum sua conuersio verbo. Et sic dicit. Ut euangelizarem illum in gentibus: quia alijs apostolis euangelizantibus christum iudeis: paulus de mandato domini iuit ad gentes conuertendas. Esa. 49. Parum enim est michi ut sis michi seruus etc. de di te illic etc. Act. 13. Sic enim precepit etc. infra. Esa. 55. Ecce testem populis dedi eum. ducet ac preceptorum gentibus. Modus autem sue reuersionis est perfectus et quantum ad effectum. Ubi dicit. Continuo non acquieui carni et sanguini. i. statim ita perfecte fui conuersus quod ois carnalis affectus recessit a me. Ecc. 1. ii. Facile est enim in oculis domini subito honestare pauperem. Et accipitur hic caro et sanguis per vitium carnalium. p<sup>a</sup> 1<sup>a</sup> Cor. 15. Caro et sanguis regnum dei non possidebunt etc. infra. 5. Caro concupiscit etc. Uel per affectum et amorem ad carnalem sibi coniunctos. Mat. 16. Caro et sanguis non reuelauit tibi etc. Sic apostolus uita superauit et suos iudeos contempsit. Item quantum ad intellectum: quia ita fuit instructus a christo quod non fuit ei necesse instrui ab apostolis. Et ideo dicit. Nec veni hierosolymam: ut. s. ab eis instruerer. Item non fuit necesse instrui ab alijs fidelibus



## Ad galathas

Et ideo dicit. Sed ab in arabia etc. Quasi dicat. Non iui ad loca ubi erant alii fideles ut me instrueret: sed iui in arabia ubi non erant edocti in fide: sed infideles: et reuersus sum damascum. scilicet ad parietes. Job. 38. Quis dedit uehementissimi ymbri cursum etc. Et contra dicit Act. 9. Et dimiserunt eum de muro per sportam etc. Lum autem uenisset hierolim tentabat se iungere discipulis. Uenit ergo hierolim. Dicitur autem quod uenit: sed non ut instrueret. Uel melius dicendum est quod non statim uenit: sed post aliquod tempus. Et ideo sequitur. Deinde post annos tres etc. **Lectio. V.**

**D**einde post annos tres ueni hierosolymam uidere petrum: et mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum uidi neminem nisi iacobum fratrem domini. Que autem scribo uobis ecce coram deo quod non mentior. Deinde ueni in partes syrie et cilicie. Erant autem ignoti facie ecclesiarum iudee que erant in christo. Tantum autem auditum habebant: quoniam qui persequeretur nos aliquando: nunc euangelizat fidem quasi aliquando expugnabat. et in me clarificabant deum.

Postquam superius apostolus ostendit se non accepisse euangelium ab homine ante conuersionem suam: nec tempore sue conuersionis hic probat quod nec etiam post conuersionem accepit ipsum ab homine. sed potius hic ostendit quomodo doctrina sua fuit ab hominibus approbata. Et circa hoc duo facit. Primo enim manifestat quomodo doctrina sua fuit ab apostolis approbata. Secundo ostendit qualiter fuit approbata ab alijs fidelibus ibi. (Deinde ueni in partes etc.) Et primo narrat factum. Secundo confirmat ueritatem dicti ibi. (Ecce coram deo etc.) Dicit ergo licet non ueris ad apostolos ut instruerer ab eis circa principium mee conuersionis: quia iam eram instructus a christo. tamen ex affectu charitatis compulsum post annos tres. scilicet conuersionis mee ueni hierosolimam: quoniam iam diu desideravi uidere petrum: non ut discerem ab eo: sed ut uisitarer eum. Job. 5. Uisitans spiritum tuum etc. Et mansi apud eum diebus quindecim: quod numerus iste componitur ex octo et septem. Octonarius autem est numerus noui testamenti in quo expectatur octaua resurgenti. Septenarius autem est numerus ueteris testamenti: quod celebrat certum diem. Mansit autem apud petrum diebus quindecim: scilicet cum eo de mysterijs ueteris testamenti et noui. Et ne credatur quod licet sit instructus a petro esset tamen etiam instructus ab alijs subdit quod nec ab alijs fuit instructus. Unde dicit. Alium autem apostolorum a quo instruerer uidi neminem. id est nullum nisi iacobum fratrem domini. Illius enim uidit in hierolim. Circa istum iacobum sciendum est quod iste fuit episcopus hierosolymorum: et fuit uocatus iacobus minor eo quod uocatus fuerat post iacobum alium. Dicunt autem multa de isto. Act. 15. Ipse etiam fecit epistolam canonicam. Quare autem dicatur frater domini: a diuersis diuersimode dicitur. Eluidius enim dicit quod idem frater domini: quod fuit filius beate uirginis. Dicit enim quod beata uirgo christum concepit et peperit. et post partum christi concepit de ioseph et peperit alios filios. Sed hic error est damnatus et reprobatus. Item per se falsus: quia iacobus non fuit filius ioseph sed alpheus. Alii uero dicunt quod ioseph ante beatam uirginem habuit aliam uxorem. de qua habuit filium iacobum et alios: qua mortua accepit in uxorem beatam uirginem de qua natus est christus: non tamen cognita a ioseph: sed per spiritum sanctum: ut in euangelio dicitur. Quod ergo ex parte noiantur cognationes et ioseph putabatur pater christi. ideo iste iacobus licet non fuit filius uirginis tamen uocabatur frater domini. Sed hoc est falsus: quia si dominus mater uirginem noluit nisi uirgini committere custodiendam quomodo sustinisset sponsum eius

uirginem non fuisse et sic perstitisse. Iohannes alij dicunt et in Hios. tamen quod iacobus iste fuit filius marie cleophe que fuit soror uirginis. Dicit enim quod Anna mater beate uirginis nupsit primo iochim ex quo peperit maria mater domini. quo mortuo nupsit cleophe fratri iochim ex quo peperit maria cleophe. et ex hac natus est iacobus minor iudas et symon. quo mortuo dicitur quod nupsit adhuc cuidam tertio quod uocatus est salome. ex quo concepit et peperit aliam mariam que dicta est salome. et de hac natus est iacobus maior et iohannes frater eius. Sed huic opinioni dupliciter dicitur Ieronimus. Primo quod salome non est nomen uiri ut etiam in greco apparet sed est nomen mulieris que fuit soror beate uirginis et ex cebedeo genuit iacobum maiorem et iohannem: sicut maria cleophe ex alpheo genuit iacobum minorem iudam et symonem. Dicitur autem frater domini iste iacobus spiritualiter iter alios suos cognationes: et hoc propter duo. Primo propter similitudinem effigiei: quia similis erat christo in facie. Et propter similitudinem uite: quia imitabatur christum in moribus. Uel quia alpheus pater eius fuit de cognatione ioseph. Et ideo quod iudei cognationis linea texere solent a maribus et christus putabatur filius ioseph: ut dicitur Luc. 3. Ideo specialiter dicitur esse frater domini: et non alij qui solum ex matre coniuncti erant ei. Accipit autem hic frater cognatione. Nam in scriptura fratres aliquando dicuntur natura. Mat. 13. Iacob autem genuit iudas et fratres eius. Cognatione: sicut omnes consanguinei sunt fratres. Gen. 13. Ne queso sit iurgium inter te et me. fratres enim sumus. Hete. et sic omnes lingue dicuntur fratres. Deut. 17. Non poteris alterius gentis hominem regem facere quod non sit frater tuus. Affectu et sic omnes amici et qui habent eundem affectum dicuntur fratres. 2. Cor. 12. Ego quod non inueni titum fratrem meum etc. Religionem. et sic omnes christiani qui habent unam regulam uite dicuntur fratres. Mat. 23. Fratres estis etc. ps. Ecce quod bonum et quod iocundum habitare fratres in unum etc. Littere autem omnes homines dicuntur fratres: quod ab uno deo gubernati et educati. Malach. 2. Nunquid non unus est pater omnium nostrum etc.

Consequenter cum dicit. (Que autem dico uobis etc.) Confirmat per iuramentum quod dixerat. Quasi dicit. Ea que nunc scribo uobis de me ecce in manifesto sunt. quod non mentior. Et hoc dico coram deo. id est teste deo. Jurat autem hic apostolus non ex leuitate: sed ex necessitate istorum quibus necium erat ut crederent. Nisi enim hoc faceret non crederet ei. 2. Cor. 1. Coram deo in christo loquimur. Roman. 1. Testis est mihi deus etc. Quid ergo dicit dominus. Sit firmo uester est. non non: quod amplius est a malo est. Dominus est: quod est a malo eius qui non credit uel a malo pene quo cogitur quis iurare.

¶ Dic apostolus solutionem superius assignatam manifestat. et primo ponit solutionis manifestationem. Secundo concludit principale intentum ibi. (Non abicio gratiam dei etc.) Sed attendendum est qd apostolus inquirendo procedens nullum dubium indiscussus relinquit. Et ideo verba eius licet videatur intricata tamen si diligenter aduertantur: nihil sine causa dicit. et hoc apparet in verbis positus. Ubi tria facit. Primo manifestat solutionem. Secundo explicat solutionis manifestationem ibi. (Christus crucifixus est etc.) Tertio remouet dubitationem ibi. (Quia autem viuo etc.) Quia ergo apostolus dixerat. Si enim que destruxi etc. qd intelligitur de veteri lege. posset enim ab aliquo reputari legis destructor: et per consequens iniquus sicut illud ps. Dissipauerit iniqui legem tuam. Iam apostolus vult ostendere quomodo legem destruat: et tamen non est iniquus dicens. Ego enim per legem etc. Ubi sciendum est qd aliquis dissipat legem per ipsam legem: et talis est preuaricator: legis non iniquus. Dissipatur autem lex per leges quas in lege datur aliquod preceptum locale seu temporale: vt scilicet lex illa tali tempore seu tali loco seruetur. et hoc ipsum exprimitur in lege. Si quis in illo tempore seu in illo loco lege vitur: destruit legem per ipsam legem. et hoc modo apostolus destruxit leges. Vnde destruxi inquit quodam modo leges: tamen per legem: quia ego mortuus sum legi per legem: id est per auctoritatem legis ipsas dimisi quasi legi mortuus. Auctoritas enim legis per quas mortuus est legi multis sacre scripture locis habetur. Iere. 31. tamen sub alijs verbis. Confirmabo testamentum novum super domum israel etc. Deut. 18. Prophetas suscitabit dominus de fratribus vestris etc. Et multe alie. Non est ergo transgressor apostolus leges destruendo. Vel aliter. Ego per legem scilicet spirituales mortuus sum legi carnali. Tunc enim moritur legi quando abicit legem solutus a lege. Juxta illud Romano. 7. Mortuo viro soluta est mulier a lege viri. In quantum vero apostolus subiectus erat legi spirituali dicit se mortuum legi. id est solutum a legis obseruatione. Romano. 8. Lex spiritus vite etc. Alius modus dimittendi legem sine preuaricatione esse potest. quia videlicet lex aliqua est scripta in carta. et tunc dicitur lex mortua. et est in mente legislatoris: et tunc dicitur lex viuua. Constat autem qd si aliquis secundum verbum legislatoris operaretur contra legem: et solueret legem et solueretur a lege mortua. et seruaret legem viuam secundum imperium legislatoris. Dicit ergo secundum hoc. Mortuus sum legi scripte et mortue id est solutus sum ab ea vt deo viuam. id est motus meos secundum dicta ipsius dirigam. et ad honorem eius ordinem. Lex enim statuta in scriptis aliquid tradit propter extraneos et eos qui ab eo verbotenus audire non possunt: sed his qui coram eo sunt non dicit eam scriptis: sed verbo tantum. A principio enim homines infirmi erant: ad deum accedere non valentes. Et ideo necesse fuit eis precepta legis in scriptis dare: vt per leges quasi per pedagogum manuducerentur ad hoc qd ad eo precepta eius audirent: secundum qd dicitur ifra. 3. Lex pedagogus noster fuit in christo etc. Sed postquam habemus accessum ad precepta per christum: vt dicitur Romano. 5. Non instrumur per legem de mandatis dei: sed ab ipso deo. Et ideo dicit. Per legem manuducens mortuus sum legi scripte vt viuam deo: scilicet ipsi factori legis. id est vt ab ipso instruar et dirigar.



**C**onsequenter cum dicit. (Christo confixus sum etc.) Explicat que dixit. Dixerat autem quod est mortuus legi et quod uiuit deo. Et ista duo manifestat. Et primo quod sit mortuus legi per hoc quod dicit. Christo confixus sum cruci. Secundo quod uiuit deo cum dicit. Uiuo ego: id est non ego etc. Et primum quidem potest exponi dupliciter. Uno modo sicut in glosa sic. Quilibet homo secundum carnalem originem nascitur filius ire. Ephe. 2. Erasmus enim natura filius ire etc. Nascitur etiam in uetustate peccati. Baruch. 3. Inueterasti in terra aliena etc. Que quidem uetustas peccati tollitur per crucem christi. et confertur nouitas uite spiritualis. Dicit ergo apostolus. Christo confixus sum cruci: id est concupiscentia seu fomes peccati et omne huiusmodi mortuus est in me per crucem christi. Romanoz. 6. Uetus homo noster simul crucifixus est etc. Item ex quo cum christo confixus sum cruci et mortuus sum peccato et christus resurrexit: cum resurgente etiam resurrexi. Romanoz. 4. Traditus est etc. Sic ergo christus in nobis renouat uitam nouam destructa uetustate peccati. Et ideo dicit. Uiuo autem: id est quia christo confixus sum cruci: vigorem bene operandi habeo iam non ego sed carnem: quia iam non habeo uetustatem quam prius habui. Sed uiuit in me christus: id est nouitas que per christum nobis data est. Uel aliter. Homo quantum ad illud dicitur uiuere in quo principaliter firmat suum affectum: et in quo maxime delectatur. Unde et homines qui in studio seu in uenationibus maxime delectantur dicunt hoc eorum uitam esse: quilibet autem homo habet quendam priuatum affectum: quo querit quod suum est. dum ergo aliquis uiuit querens tantum quod suus est. solum sibi uiuit. cum uero querit bona aliorum dicitur et illis uiuere. Quia ergo apostolus proprium affectum deposuerat per crucem christi: dicebat se mortuum proprio affectu dicens. Christo confixus sum cruci: id est per crucem christi remotus est a me proprius affectus siue priuatus. Unde dicebat infra ultimo. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri etc. 2. Corinth. 5. Si unus pro omnibus mortuus est ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est christus. ut et qui uiuunt iam non sibi uiuant sed ei etc. Uiuo autem: id est iam non uiuo ego quasi in affectu habens proprium bonum. sed uiuit in me christus: id est tantum christum habeo in affectu. et ipse christus est uita mea. Phil. 1. Mihi uiuere christus est et mori lucrum.

**C**onsequenter autem cum dicit. (Quia autem nunc uiuo etc.) Respondet dubitationi que poterat esse duplex ex primo uerbo. Una est quomodo ipse uiuit et non est ille: scilicet qui uiuit. Secunda quomodo confixus est cruci. Et ideo hec duo aperit. Et primo primum. quo modo scilicet uiuit et non ipse uiuit dicens. Quia autem nunc uiuo carne etc. Ubi notandum est quod illa proprie dicuntur uiuere que mouentur a principio intrinseco. Anima autem pauli constituta erat inter deum et corpus. et corpus quidem uiuificabatur et mouebatur ab anima pauli. sed anima eius a christo. Quantum ergo ad uitam carnis uiuebat ipse paulus. Et hoc est quod dicit. Quia autem nunc uiuo in carne: id est uita carnis: sed quantum ad relationem ad deum christus uiuebat in paulo. Et ideo dicit. In fide uiuo filii dei per quam habitat in me et mouet me. Abachuc. 2. Iustus autem meus ex fide uiuit. Et nota quod dicit. In carne: non ex carne. quia hoc malum est. Secundo ostendit quod confixus est cruci dicens. Quia amor christi quem ostendit mihi in cruce moriens pro me facit ut semper ei configar. Et hoc est quod dicit. Qui dilexit me. i. Joa. 4. Ipse prior dilexit nos. Et intantum dilexit me quod tradidit semetipsum pro me et non aliud sacrificium Apocal. 1. Dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ephe. 5. Sicut christus dilexit ecclesiam

et semetipsum tradidit pro ea etc. Sed attendendum est quod ipse filius tradidit se: et pater tradidit filium Romanoz. 8. Qui proprio filio non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et iudas tradidit eum ut dicitur Matthe. 26. Et totum una res est: sed non una intentio: quia pater ex charitate. filius ex obedientia simul et cum charitate. iudas uero ex prodicione.

**C**onsequenter cum dicit. (Non abicio gratias dei etc.) Infert conclusionem principalem. Et primo inducit conclusionem. Secundo manifestat modum. Dicit ergo. Ex quo tantam gratiam recepi a deo quod tradidit se: et ego uiuo in fide filii dei: non abicio gratiam filii dei: id est non repudio nec ingratum me exhibeo. i. Corinth. 15. Gratia dei in me uacua non fuit etc. Unde et alia littera habet. Non sum ingratus gratie dei. Heb. 12. Contemplantur ne quis desit gratie dei: scilicet per ingratitudinem se indignum fatendo. Modus autem abiciendi et ingratitudinis est si dicere quod lex esset necessaria ad iustificandum. Et ideo dicit. Si enim per legem iusticia: ergo christus gratis est mortuus: id est si sufficiens sit lex: id est opera legis sufficiunt ad iustificandum hominem christus sine causa mortuus est et frustra. quia ad hoc mortuus est ut nos iustificaret. i. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est etc. Quod si hoc per legem fieri posset superflua fuisset christi mors. Sed non gratis mortuus nec in vacuum laborauit: ut dicitur Esa. 49. Quia per ipsum solus gratia iustificans et ueritas facta est ut dicitur Jo. 1. Si qui autem ante passionem christi iusti fuerunt hoc etiam fuit per fidem christi uenturi in quem credebant: et in cuius fide saluabantur.

## CAP.

## III.



**I**nsensati galathe quis uos fascinauit non obedire ueritati: Ante quorum oculos iesus christus prescriptus est et in uobis crucifixus.

**C**onsequenter autem cum dicit. (Supra confutauit apostolus uanitates et mutabilitatem galatharum per auctoritatem euangelice doctrine ostendens suam doctrinam auctenticam fuisse ab alijs apostolis: hic uero per rationes et auctoritates ostendit hoc idem: scilicet quod legalia non sunt seruanda. Et hoc dupliciter. Primo ex insufficientia legis Secundo ex dignitate eorum qui ad christum conuersi sunt. et hoc quarto cap. ibi. (Dico autem quanto tempore etc.) Circa primum duo facit. Primo premitit obiurgationem Secundo profequitur suam probationem ibi. (Hoc solus a uobis uolo etc.) Circa primum duo facit. Primo obiurgat eos attendens eorum fatuitatem. Secundo rationem obiurgationis assignat ibi. (Ante quorum oculos etc.) Primo ergo eos de fatuitate obiurgat uocans eos insensatos Unde dicit. O insensati etc. Insensatus autem proprie dicitur qui sensu caret. Sensus autem spiritualis est cognitio ueritatis. qui ergo ueritate caret proprie insensatus dicitur. Matthe. 15. Et uos sine intellectu estis. Sap. 5. Nos insensati uitam illorum etc. Sed contra. Mathe. 5. dicitur Qui dixerit fratri suo fatue etc. Sed fatuus id est quod insensatus. Ergo apostolus reus est gehenne ignis. Sed dicendum est. ut Augustinus dicit quod intelligendum est si dixerit sine causa et animo uituperandi: sed apostolus ex causa dixit et animo corrigendi. Unde dicitur in glosa. Hoc uolendo dicit. Secundo cum dicit. (Quis uos fascinauit etc.) Ostendit modum quo insensati erant effecti. Ubi notandum est quod insensatus fit aliquis multis modis. Uel quod proponitur sibi aliqua ueritas quam cognoscere possit. Uel quia et si proponatur sibi tamen nunquam eam acceptat. Uel quia ueritatem propositam uel acceptam deserit a uia ue-



ritatis recedens. et tales erant isti galathe qui veritatem fidei: quam acceperant: deserentes veritatem propositam reuerunt. supra. i. Diroz q̄ tam cito rē. Et ideo istum gradum insensationis in eis reprehendit dicens. Quis vos fascinavit rē. Ad sciendum autem quid sit fascinatio sciendum est q̄ fm̄ glosam fascinatio proprie dicitur ludificatio sensus: que per artes magicas fieri consuevit: puta cum hominem facit aspectibus aliorum appere leonem vel cornutum. et huiusmodi. et hoc etiam per demones potest fieri: qui habent potestatem mouendi fantasmata et reducendi ad principia sensuum ipsos sensus imitando. Et fm̄ hanc acceptionem satis proprie dicit apostolus. Quis vos fascinavit. quasi. d. Vos estis sicut homo ludificatus: quia res manifestas aliter accipitis q̄ sit in rei veritate. quia scilicet estis ludificati per deceptiones et sophismata. veritati non obedire: id est veritatem vobis manifestam: et a vobis receptam non videtis: nec obediendo recipitis. Sap. 4. Fascinatio nugacitatis obscurat bona. Esa. 5. Ne qui dicunt bonum malum rē. Alio modo accipitur fascinatio fm̄ q̄ aliquis ex aspectu maliuoli leditur: et maxime in vetulis: que visis videnti: et aspectu inuido fascinant pueros: q̄ ex hoc infirmantur et vomunt cibum. Duius causam volens assignare auicenna in libro suo de anima: dicit q̄ materia corporalis obedit substantie intellectuali magis q̄ qualitibus actiuis et passiuis in natura. Et ideo ponit q̄ ad apprehensionem substantiarum intellectualium: quas vocat animas seu motores orbium: multa sunt preter ordinem motus celi: et omnium corporaliu agentium. Eodem modo dicit q̄ quia anima sancta depurata ab affectibus terrenorum et carnalibus vitis accedit ad similitudinem substantiarum dictarum et obedit ei natura. Et hinc est q̄ aliqui sancti viri operantur quedam mira preter nature cursum. et sicut quia anima alicuius fedata passionibus carnalibus habet forte apprehensionem in malitia. obedit enim ei natura ad transmutationem materie in illis maxime: in quibus materia abilis est: sicut in pueris teneris contingit. Et sic contingit fm̄ eum q̄ ex forti apprehensione vetulaz in malitiam imutatur puer et fascinatur. Nec autem positio satis videtur vera fm̄ opinionem auicenne. Nam ipse posuit formas omnes corporales in istis inferioribus in fluxu a substantiis incorporeis separatis. et q̄ agentia naturalia non habent se ad hoc nisi vt disponantur tantum. Sed hoc quidem improbat a philosopho. Agens enim oportet esse simile subiecto. Non fit autem forma tantum: nec materia: sed compositus ex materia et forma. Id ergo quod agit ad esse corporaliu oportet q̄ habeat materiam et formam. Unde dicit q̄ transmutare materiam formam non potest nisi id quod habet materiam et formam. et hoc quidem vel virtute sicut deus qui actor est forme et materie vel actu sicut agens corpus reum. Et ideo materia corporalis quibus ad huiusmodi formas nec angelis nec alicui pure creature obedit ad nutum: sed soli deo. vt augustinus dicit. Unde non est verum quod auicenna dicit de huiusmodi fascinatione. Et ideo dicendum q̄ ad imaginationem seu apprehensionem hominis quia fortis est imutatur sensus seu appetitus sensitiuus que quidem imutatio non est sine alteratione corporis et spirituum corporis sicut nos videmus q̄ ad apprehensionem delectabilis mouetur appetitus sensitiuus ad concupiscentiam. et exinde corpus calefit. Similiter ex apprehensione timedi frigescit. Immutatio autem spirituum maxime inficit oculos: qui infecti rem per aspectum inficiunt. sicut patet in speculo mundo: quod ex aspectu menstruate inficitur. Sic ergo quia vetule obstinate in malitia et dure sunt. ex forti apprehensione imutatur appetitus sensitiuus: et ex hoc sicut dicitur est infectio maxime fit a venis ad oculos: et ex hoc oculis ad respectum. Unde quia caro pueri mollis est ad earum inuidum aspectum inficit et fascinatur. Et quandoque quidem ad hunc

effectus demones operantur. Dicit ergo. quis vos fascinavit veritati non obedire: Quasi dicat. Vos aliqui obedistis veritati fidei. sed modo non. ergo estis sicut pueri: qui ex aliquo inuido infecti cibum receptum vomitis. ¶ Rationes autem obiurgationis assignat dicens. (Ante quorum oculos rē.) Quod potest tripliciter legi. Uno modo fm̄ Hieronymum vt respondeat prime persone acceptioni fascinationis. alio primo acceptu. quasi dicat. Dico vos fascinatos quia ante quorum oculos rē. id est prescriptio christi quia damnatus est in mortem adeo vobis manifesta fuit ac si ante oculos vestros fuisset. Et in vobis crucifixus: id est in intellectibus vestris erat crucifixio iesu christi vt sciretis qualiter facta esset. Unde si eam non videtis modo: nec obeditis hoc contingit: quia estis ludificati et fascinati. Contra quod dicitur Lactantius. vlti. Pone me vt signaculum super cor tuum. rē. Alio modo fm̄ augustinum. quasi dicat. Recte fascinati estis: quia veritatem quam recepistis. scilicet christum per fidem in cordibus vestris euomitis sicut pueri. Et hoc quia ante oculos vestros id est in vestra presentia iesus christus prescriptus est id est expellitur et eicitur de hereditate sua. Et quod molestus deberet esse vobis: quia non debetis pati q̄ ab alijs prescriberet et expelleret in vobis prescriptus est. id est hereditatem suam amittit in vobis. id est vos ipsos. Et tunc hoc quod sequitur. scilicet crucifixus: legi debet cum pondere et ostensione doloris: quia hoc addidit vt considerarent quo precio christus emerit possessio: neque quam in eis amittebat. et ex hoc mouerent magis. quasi dicat. Christus prescriptus est in vobis. scilicet qui crucifixus: id est qui cruce sua a sanguine proprio acquisiuit hanc hereditatem. et. Corin. 6. Empti enim estis precio magno rē. i. pe. i. Non corruptibilibus auro vel argento rē. Tertio modo fm̄ ambrosium. quasi dicat. Vere fascinati estis ante quorum oculos: id est in quorum reputatione. scilicet fm̄ iudicium vestrum iesus christus prescriptus est: id est damnatus non alios saluans: et in vobis: id est fm̄ q̄ vos intelligitis crucifixus est id est mortuus tunc: non autem alios iustificans: cum tamen de eo dicat. et. corin. vltimo. Quia si mortuus est ex infirmitate nostra: viuunt tamen ex virtute dei. Potest et quarto modo exponi fm̄ glosam vt per hoc designet apostolus grauitatem culpe eorum. quia in hoc quod christus deserunt: legem obseruantes: equaliter quodammodo peccabant. Pilato: q̄ christum prescripsit. id est damnauit. vt dum insufficientem christum credidit ad saluandum similes in peccando crucifixorum christi: qui ipsi in ligno suspenderunt morte turpissima condempnantes et afflicientes. Equalitas tamen est accipienda ex parte eius in quem peccat. quia in christus galathe peccabant sicut pilatus et crucifixores christi. ¶ Lectio. II.

**H**oc solum a vobis volo discere: ex operibus legis spiritum accepistis: an ex auditu fidei. Sic stulti estis vt cum spiritu ceperitis nunc carne consumamini. Tanta passi estis sine causa: si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritum et operatur virtutes in vobis ex operibus an ex auditu fidei?

¶ Posita obiurgatione consequenter apostolus procedit ad insufficientiam legis et virtutis fidei ostendendam. Et primo ostendit insufficientiam legis. Secundo mouet questionem et soluit ibi. (Quid igitur lex rē.) Et circa primum duo facit. Primo probat defectum legis et insufficientiam per ea que ipsi experti sunt. Secundo per auctoritates et rationes ibi. (Sicut scriptum est rē.) Circa primum duo facit. quia primo probat propositum experimento sumpto ex parte ipsorum. Secundo probat idem experimento sumpto ex parte ipsius apostoli



ibi. (Qui ergo tribuit vobis etc.) Circa primū duo facit. Primo ostendit donū qd̄ receperūt. Secūdo defectū in quē inciderūt ibi. (Sic stulti estis etc.) Donū autē qd̄ receperunt ostēdit querendo ab eis: vñ illud receperūt. Un̄ susceptū donū supponēs interrogās querit ab eis dicens. (Quāuis fascinati et stulti sitis) tñ nō tñ estis ludificati gn̄ vñū: qd̄ valde manifestū est me docere possitis. Et iō solū hoc volo a vobis discere: qz̄ s̄ solū sufficit ad pb̄andum qd̄ intēdo: hoc inq̄ ē: qz̄ stat q̄ spiritū sanctū accepistis. Quero ergo an accepistis illū ex opib⁹ legis an ex auditu fidei: Ad qd̄ sciēdū ē q̄ in p̄mitiua ecclesia ex diuina dispositiōe vt fides xpi p̄moueret et cresceret: statī post p̄dicatiōē fidei ab apl̄is manifesta signa spūs sancti fiebant sup̄ audietes. Un̄ de Petro d̄r̄ act. iō. Adhuc loquēte Petro v̄ba hec cecidit spūs sanctus etc. Ipsi ēt galathe ad p̄dicatiōē Pauli manifeste spūs sanctū acceperrant. Querit ḡ apl̄us ab eis: vñ habuerūt spūs sanctus. Cōstat autē q̄ nō p̄ opa legis: qz̄ cū essent gētiles ante receptiōē spūs sancti legē nō habebāt. Ergo habuerūt spiritū sanctū. i. dona spūs sancti ex auditu fidei. Ro. 8. Nō accepistis spūm fuitutis itēz in timore: q. s. dabat in lege. Un̄ r̄ cū tremore lex data ē: s̄ accepistis spūm filioz: q̄ dat p̄ fidē q̄ ē ex auditu: vt d̄r̄ Ro. iō. Si ḡ hoc potuit fidei virt⁹: frustra q̄rit aliud: p̄ qd̄ saluēmur: qz̄ mlto difficilius est de iniusto facere iustū q̄ iustū in iusticia p̄seruare. Si ḡ fides de iniustis galathis sine lege iustos fecerat: nō ē dubium q̄ sine lege poterat eos in iusticia p̄seruare. Magnū ergo erat donū qd̄ per fidē acceperant.

Consequenter cū dicit. (Sic stulti estis etc.) ostendit defectū in quē plap̄si sunt et exaggerat duplicē defectū i eis apostolus. s̄ q̄stuz ad dona q̄ a xpo acceperāt: et q̄stuz ad mala que p̄ ipso ptulerūt ibi. (Tāta passi estis etc.) Circa primū sciēdū ē q̄ isti galathe deserētes qd̄ magnū erat. s̄ spiritū sanctū adheserūt minori. s̄ carnali obseruatiōe legis: et hoc stultū ē. Et iō dicit. Sic stulti estis adeo: vt cū ceperitis instinctū sancti spūs. i. initiū p̄fectiōis v̄re habueritis a spūs sancto: nūc dū p̄fectiores estis p̄sumamini carne. i. queritis p̄seruari p̄ carnales obseruatiōes legis: a qua nec initiū iusticie pōt h̄ri. Jo. 6. Laro nō prodest qcq̄ etc. Et sic ordinē p̄uertitis: qz̄ via p̄fectiōis ē ab imp̄fecto tēdere ad p̄fectū. Vos autē qz̄ ecōuerso facitis: stulti estis. Ecc̄. 1. 27. Nō sanctus p̄manet in sapiētia sicut sol: stult⁹ vt luna mutat. Siles istis sunt: q̄icipiūt fūire deo cū feruore spūs: postmodū deficiūt in carne q̄ ēt assimilāta stue nabuchodonozor: cui⁹ caput aureum: et pedes lutei. Dan. 2. Et iō d̄r̄. Ro. 8. Qui i carne sūt deo placeat n̄ p̄nt. Et ifra. 6. Qui semiat i carne d̄ carne metet corruptionē.

Consequenter cū dicit. (Tāta passi estis etc.) Exaggerat eoz defectū q̄stū ad mala: q̄ p̄ xpo ptulerūt: q. n. aliqd̄ sine labore recipiūt illa minus chare custodiūt: s̄ illud qd̄ cū labore acgrīe vilipēdere: et nō custodire stultū ē. Isti autē cū labore et tribulatiōe magna quā passi sūt a tribulib⁹ suis: pp̄ fidē receperūt spūs sanctū. Et ideo dicit. (Tāta passi estis sine cā) q. d. Nō p̄tēnatis tñ donū: qd̄ cū labore accepistis: als̄ illa sine cā. i. sine vtilitate passi estis: qz̄ bec sustinūistis vt pueniretis ad vitā eternā. Ro. 5. Tribulatio patiētiā opaf: patiētiā autē p̄bationē: p̄batio vō spem etc. Un̄ si p̄cluditis vobis aditū vite eterne deserētes fidē q̄rentes p̄seruari carnalibus obseruatiōis: sine cā. i. iustit̄r passi estis. Et hoc dico: si tñ sine cā. Qd̄ iō dicit: qz̄ i eoz p̄tate erat penitere si vellēt q̄diu viuērēt. Ex hoc autē habet q̄ opa mortificatiōe reuincūt. Sap. 3. Laboreres eoz sine fructu etc. Gal. 4. Timeo autē ne sine cā laborauerim etc. Si vō accipiat de malis q̄ nō penitēt: pōt dici q̄ patiunt sine cā p̄ferente. s̄ vitam eternam.

Consequenter cū dicit. (Qui ḡ tribuit vobis etc.) p̄bat p̄positū exp̄imento sumpto ex pte apl̄i. possent. n. dicere q̄ v̄z ē nos recepisse spūs sanctū ex auditu fidei: tñ pp̄ deuotiōē quā ad legē habuimus accepimus fidē: quaz̄ p̄dicabas. Et iō dicit. (Nō curo qcq̄ sit ex pte v̄ra) tñ illud qd̄ ego feci tribuēs vobis ministerio meo spūs sanctū: q̄ opaf i vobis virtutes. i. iter vos miracula: s̄ nūqd̄ facio hoc ex opibus legis an ex opibus fidei: Non v̄tqz̄ ex opib⁹: s̄ ex fide. S̄ nūqd̄ aliqs̄ pōt dare spūs sanctū. Aug. eni. 15. de trinitate dicit q̄ nullus hō purus spiritū sanctū dare pōt: nec ipsi apl̄i dabāt: s̄ iponebāt manus sup̄ hoies: et accipiebāt spūs sanctū. Quid ḡ ē qd̄ hic dicit apl̄us de se loquēs q̄ tribuit vob spūs sanctū: Rñ deo dicēdū ē q̄ in datōe spūs sancti tria p̄ ordinē se habētia occurrūt. s̄ spūs sanctus inhabitās: donū gr̄e et charitatis cū ceteris habitib⁹: et sacramētū noue legis cui⁹ ministerio dat. Et sic pōt ab aliqb⁹ tripl̄r dari. Ab aliquo. n. dat sicut auctoritatē habēte q̄stū ad tria p̄dicta. s̄ respectu spūs sancti inhabitātī: respectu doni: et respectu sacramenti: et hoc mō spūs sanctus dat a solo p̄re et filio. s̄m q̄ eius auctoritatē habēt nō qd̄ d̄ny: sed originis: quia ab vtroqz̄ p̄cedit. S̄ q̄stū ad gr̄az seu donū: et q̄stū ad sacramētū spūs sancti dat ēt se. s̄m q̄ datio importat causalitātē spūs sancti respectu donoz ipsius: qz̄ vt dicit apl̄us. p̄ cor. 12. ipse diuidit singulis put vult. Scdm̄ autē q̄ in datōe importat auctoritatis: nō pōt pp̄rie dici spūs sanctus seipsum dare. Quātū vō ad sacramētū qd̄ ministerio ministroz ecclesie dat: pōt dici q̄ sancti p̄ ministeriū sacramētoz dat spūs sanctū. Et hoc mō hic loq̄r apl̄us. s̄ q̄ tāgīt in glosa: tñ h̄s modus nō ē p̄suet⁹ neqz̄ extēdēdus. dicit ēt glo. q̄ facere miracula attribuit fidei: qz̄ ex s̄ q̄ credit: q̄ supra naturā sunt supra nām operat. Et qz̄ apostoli predicabāt fidē: q̄ quedaz̄ rōez excedētia p̄tinebat: iō oportebat ad eoz credulitatē aliqua testimōia adducere: q̄ missi essent a deo: qd̄ rōez excedit. Un̄ xps dedit eis signū suū ad h̄ ostēdēdū. Est autem duplex signū xpi. Unū ē q̄ ē dñs oīum. Un̄ d̄r̄ in ps̄. Regnū tuū regnum oīum seculoz etc. Aliud ē q̄ est iustificatōr et saluator. s̄ illud Act. 4. Nō ē aliud nomē sub celo datū hoibus etc. Dedit ergo eis duo signa. Unū est q̄ facerent miracula p̄ qd̄ ostēderēt q̄ missi sunt a deo dño oīs creature. Luc. 10. dedit eis potestātē et virtutē sup̄ oīa demonia etc. Aliud q̄ darēt spūs sanctū ministerio: p̄ qd̄ ostēderēt q̄ missi sūt ab oīum saluatore. Act. 8. Tūc imponebāt manus super eos etc. Et tūc cū iposuisset illis man⁹ paulus spūs sanct⁹ venit sup̄ illos etc. Et de his duob⁹ modis dicit Heb. 2. p̄stante deo signis et portentis et varijs virtutibus et spiritū sancti distributionibus s̄m suam voluntatem.

Lectio.

III.



Sicut scriptum est credidit abraham deo: et reputatum est ei ad iusticiā. cognoscite. ergo qz̄ qui ex fide sunt: hi sunt filij abrahe. Prouidens autē scriptura: quia ex fide iustificat gētes de⁹: p̄nunciavit abrahe: quia benedicentur in te omnes gentes: igitur qui ex fide sunt b̄ndicētur cum fidei abraham.

Supra p̄bavit apl̄us exp̄imēto virtutē fidei et insufficientiā legis: hic vō p̄bat idē p̄ auctoritates et rōnes. Et p̄mo p̄bat virtutē fidei i iustificatiōe. Scdm̄ in hoc ostēdit legis defectū ibi. (Quicūqz̄ enī ex opibus legis etc.) Primū autē p̄bat vtēs quodā sillogismo. Un̄ circa h̄ tria facit. Primo ostēdit minoz. Scdm̄ maiorē ibi (Prouidēs



## Ad galathas

autē scriptura rē. Tertio infert conclusionē ibi. (Igitur q̄ ex fide rē.) Circa p̄mū duo facit. P̄mo p̄ponit quā dā auctoritatē ex qua elicit minorē. Sc̄do claudit eam ibi. (Cognoscite ergo rē.) Dicit ḡ. Vere iusticia r̄ sp̄ssanctus est ex fide sicut scriptus ē. Hēn. 15. Et itro ducit Rō. 4. Q̄ credidit abrahā deo rē. Ubi notādum ē q̄ iusticia consistit in redditiōe debiti: hō autē d̄z aliqd̄ deo: r̄ aliqd̄ sibi r̄ aliqd̄ p̄mo. S̄z q̄d aliqd̄ debeat sibi r̄ p̄mo hoc est p̄p̄ deū. Ergo summa iusticia ē reddere deo: q̄d suū ē. Nā si reddas tibi vel p̄mo q̄d debes: et hoc non facis p̄p̄ deū: magis es puerus q̄ iustus: cuz ponas finē in homine. Dei autē ē q̄cquid ē in hōie et intellectus et volūtas et ipsum corpus: sed t̄n quodā ordine: q̄ inferiora ordinant̄ ad superiora: r̄ exteriora ad interiora. s. ad bonū anime: supremus autē in hōie ē mens. Et iō p̄mū i iusticia hōis ē q̄ mens hōis deo subdat̄: r̄ hoc fit p̄ fides. sc̄de cor. 10. In captiuitatē redigētes oēm intellectū in obsequiū x̄pi. Sic ḡ dicendū ē in oibus q̄ deus ē p̄mū p̄ncipiū in iusticia: et q̄ deo dat̄. s. summū q̄d i eo ē subdēdo p̄fecte ē iustus. Rō. 8. Qui spiritu dei agunt̄. hi filij sunt dei. Et iō dicit. (Credidit abrahā deo) i. mētē suā deo p̄ fidē subdidit. Ecc̄. 2. Crede deo r̄ recuperabit te rē. Et infra. Qui timetis d̄nm credite illi rē. Et reputatum ē ei ad iusticiā. i. ip̄s credere et ipsa fides fuit ei et ē oib̄ alyis sufficiens cā iusticie: et q̄ ad iusticiā reputet̄ ei exterius ab hōibus: sed interius a deo q̄ eos q̄ habēt fidē p̄ charitatē opantez iustificat: eis peccata remittēdo. Ex hac at̄ auctoritate claudit minorē p̄positionē dicens. (Cognoscite ergo rē.) Quasi dicat ex hoc aliq̄s d̄r filius alicui⁹: q̄ imitat̄ opera eius: si ḡ vos filij estis abrahe: opa abrahe facite. Jo. 8. Abrahā autē nō q̄siuit iustificari p̄ circumcisiōnē: s̄z p̄ fidē: ḡ et illi q̄ q̄runt iustificari p̄ fides sunt filij abrahe. Et hoc ē q̄d dicit. Quia abrahā iustus ē ex fide: p̄ hoc q̄ deo credidit: r̄ reputatū ē ei ad iusticiā. ḡ cognoscite q̄ illi q̄ ex fide sunt. i. q̄ ex fide credunt se iustificari et saluari: hi sunt filij abrahe. s. imitatiōe r̄ instructione. Rō. 9. Qui filij sunt p̄missionis estimant̄ i semie rē. Luc. 19. dicitur Zacheo. Hodie huic domui salus a deo facta est: eo q̄ et ipse sit filius abrahe rē. Et Mat. 23. Potens est deus de lapidibus istis idest de gentilibus suscitare filios abrahe: in q̄tum. s. facit eos credentes.

¶ Cōsequenter cū dicit. (Prouidens autē scriptura rē.) P̄ponit maiorē: q̄. s. ē q̄ abrahe p̄nunciatū ē q̄ in semine suo benedicerent̄ oēs gentes. Et hoc ē q̄d dicit. (Prouidens scriptura.) Inducēs deū loq̄ntē abrahe dicit Hēn. 12. Q̄ deus p̄nunciavit abrahe q̄ in te. i. in his q̄ ad similitudinē tuā filij tui erūt imitatiōe fidei benedicent̄ oēs gētes. Mat. 8. Multi veniēt ab oriēte r̄ occidēte rē.

¶ Cōsequēter cū dicit. (Ergo q̄ ex fide rē.) Infert conclusionē ex p̄missis. Uñ sic p̄t formari argumētus. De⁹ p̄nunciavit abrahe q̄ i semine suo b̄ndicerent̄ oēs gentes. Sed illi qui querunt iustificari per fidem sunt filij abrahe. Ergo qui ex fide sunt. idest qui querunt iustificari p̄ fidem benedicentur cum fideli idest credente abrahāz.

Lectio. III.



Quicumq̄ enim ex operib⁹ legis sunt sub maledicto sunt: scriptus est enī. Maledictus omnis qui non permāserit in omnibus que scripta sunt i libro legis: vt faciat ea: quoniam autem in lege nemo iustificatur apud deum. Manifestū ē: quia iustus ex fide viuit. Lex autem non ē ex fide: sed qui fecerit ea viuet in illis.

¶ Supra ostendit apl̄s virtutē fidei: hic cōsequēter ostendit defectū legis. Et p̄mo p̄ auctoritatē legis. Sc̄do p̄ humanā consuetudinē ibi. (S̄ fratres s̄m hōies dico rē.) Circa p̄mum tria facit. P̄mo ostendit dānum occasiōaliter ex lege cōsecutus. Sc̄do legis insufficientiā ad ipsum dānum remouēdum ibi. (Quicumq̄ autē in lege rē.) Tertio x̄pi sufficientiā qua ip̄m dānum ē remotus ibi. (Christus at̄ nos redemit rē.) Circa p̄mum duo facit. P̄mo p̄ponit inrētum. Sc̄do p̄bat p̄positum ibi. (Scriptum est enī. Maledict⁹ rē.) Dicit ḡ. Quicumq̄. n. rē. Nā q̄ dixerat q̄ q̄ ex fide sunt b̄ndicent̄ cū sint filij abrahe. Postet q̄s dicere q̄ p̄ opa legis r̄ p̄ fidē b̄ndicūt: r̄ iō hoc excludēs dicit. (Quicumq̄ ex opibus legis sunt: sub maledicto sūt.)

¶ Sed 3. Antiq̄ patres fuerūt i opibus legis. ḡ sunt maledicti: et p̄ cōsequēs dānati: q̄d ē error manichei. Iō hoc ē sane intelligēdū. Et attendendū est q̄ apl̄s non dicit: quicumq̄ fuerunt opa legis sub maledicto sunt: q̄ hoc ē falsum p̄ tpe legis: sed dicit. (Quicumq̄ sunt ex operibus legis rē.) i. quicumq̄ in opibus legis cōfidūt et putāt se iustificari p̄ ea: sub maledicto sunt. Aliud. n. ē eē in opibus legis: et aliud ē suare legē. Nā hoc ē legē implere. Et q̄ eas implet: nō ē sub maledicto. Esse vero in opibus legis est in eis confidere r̄ spem ponere. Et qui in eis hoc modo sunt sub maledicto sunt: scilicet transgressionis. Quod q̄d nō facit lex: q̄ cōcupiscētia nō venit ex lege: s̄z agnitio peccati ad q̄d p̄ni sumus. p̄ cōcupiscētia p̄ legē p̄hibita. In q̄tuz ḡ lex cognitionē peccati facit r̄ nō p̄bet auxiliū h̄ peccatū: dicitur eē sub maledicto: cuz nequeat illō p̄ ipsa opa euadere. Sunt at̄ q̄dā opa legis ceremonialia q̄ in obseruationibus fiebāt. Alia sunt opa q̄ p̄tinent ad mores: de q̄bus sunt mandata moralia. Uñ s̄m glo. hoc q̄d hic d̄r. Quicumq̄ ex opib⁹ legis sunt rē. intelligēdum ē de opibus ceremonialibus: et nō de moralib⁹. Uel dicēdum q̄ loq̄t̄ hic apl̄s de oibus opib⁹ tā ceremonialib⁹ q̄ moralibus. Opa. n. nō sunt cā q̄ aliq̄ sit iustus apud deū: s̄z potius executiōes et manifestatiōes iusticie. Nāz nullus per opa iustificat̄ apud deum: sed p̄ habitū fidei: nō q̄d acq̄situz: s̄z infusum. Et iō quicumq̄ ex opib⁹ iustificari q̄runt sub maledicto sunt: q̄ p̄ ea peccata nō remouent̄: nec aliq̄s quo ad deū iustificat̄: s̄z p̄ habitum fidei charitate iformatū. Heb. ii. Vi oēs testimonio fidei rē.

¶ Cōsequenter cū dicit. (Scriptū ē. n. rē.) P̄bat p̄positū: r̄ hoc p̄mo q̄d s̄m glosam ostendit p̄ hoc q̄ null⁹ p̄t legē suare hoc mō quo lex p̄cipit. Deut. 28. Q̄ ois q̄ non permāserit in oibus q̄ scripta sunt in libro legi: vt faciat ea idest qui non impleuerit totaz legez sit maledictus. S̄z implere totaz legez est impossibile: vt dicitur act. 15. Ut quid tentatis imponere iugum: quod neq̄ nos neq̄ patres nostri portare potuimus: Ergo nullus est ex operibus legis q̄n sit maledictus. P̄t etiā accipi hoc q̄ dicitur. (Scriptū ē. n. rē.) nō vt p̄batio p̄positi: s̄z vt ostendat̄ eius expositio. q. d. Dico q̄ sunt sub maledicto: sub illo. s. de quo dicit lex. (Scriptum ē. n.) Maledictus ē ois rē. Ut intelligat̄ de peccato. i. maledicto. Nā lex impat̄ bona faciēda seu mala vitāda: et imperādo obligat: s̄z nō dat virtutē obediēdi. Et iō dicit. (Maledictus q̄si malo adiect⁹ ois nullū excipiēdo: q̄ vt d̄r act. 10. Nō ē p̄sonaz acceptio apud deū. Qui nō permāserit vsq̄ in finem. Mat. 24. Qui p̄seuerauerit vsq̄ in finē. In oib⁹ nō in q̄busdā t̄n: q̄ vt d̄r Jac. 2. Quicumq̄ totā legē suauerit offendat̄ autē in vno factus ē oium reus. Que scripta sunt in libro legis vt faciat ea. Non solum vt credat seu velit t̄n. sed vt opere impleat. ps. Intellectus bonus oibus facientibus euz. S̄cti autē patres: et si in opib⁹ legis erāt: saluabant̄ t̄n in fide yēturi: cōfidētes i eius grā r̄ saltem



spūaliter legē implētēs. Moyses. n. vt i glo. dī multa qdēz  
pcepit que nullus implere potuit ad domādā iudeoz  
superbiā dicentiū. Nō deest q̄ impleat: s̄ deest q̄ iubeat.  
¶ S̄z hic ē q̄stio de B q̄ dī. Maledictus ois rē. Dī enī.  
Ro. 12. B̄ndicite r nolite maledicere. R̄ideo dicēdūz  
ē q̄ maledicere nihil aliud ē q̄ maluz dicere: possuz q̄ di  
cere bonū eē malū r malū esse bonuz: et rursū bonum  
eē bonuz et malū eē malū. Et p̄mū qdēz p̄hibet aplūs  
dicēs. (Nolite maledicere). i. nolite dicere bonū eē ma  
lū r eē: s̄z licet: et iō cum vituperam⁹ peccatū maledici  
mus quidē: s̄z nō dicēdo bonuz malū: s̄z dicimus malum  
esse malum. Et ideo licet peccatorem maledicere: id est  
dicere eum esse malo adiectum vel esse malum.

¶ Cōsequenter cū dicit. (Nū aut in lege rē). Ostēdit in  
sufficiētiā legis nō valētis ab illo maledicto eripere ex  
hoc q̄ iustificare nō poterat. Ad qd̄ ostēdēdum vt iō quō  
dam sillogismo in sc̄da figura rē talis. Iusticia ē ex fide:  
s̄z lex ex fide nō ē. s̄z lex iustificare nō p̄t. Circa hoc ergo  
p̄mo ponit cōclusionē cū dicit. (Nū aut in lege nemo iu  
stificat⁹). Sc̄do aut maiorē cū dicit. (Quia iustus ex fide  
vinit). Tertio minorē cū dicit. (Lex aut nō ē ex fide.)  
Dicit q̄. Dico q̄ p̄ legē maledictio inducta ē: nec tñ ab il  
la maledictioe lex eripit: q̄ manifestū ē q̄ nemo in lege  
iustificat⁹ apud deū. i. p̄ opa legis. Circa qd̄ intelligēdūz ē  
q̄ illi q̄ negauerunt vetus testm̄ ex hoc v̄bo occasionem  
sumpserūt. Et iō dicēdūz ē q̄ nemo iustificat⁹ i lege. i. p̄  
legē. Nā p̄ eam cognitio quidē peccati habebat: vt dicit  
Ro. 5. S̄z nō habebat p̄ eā iustificatio. Ro. 2. Ex opib⁹  
legis null⁹ iustificabit⁹. ¶ S̄z d. Jac. 2. dī. Nōne abrahā  
ex opib⁹ iustificatus est. R̄ideo dicēdūz ē q̄ iustificare  
p̄t accipi dupliciter. Vel q̄stuz ad executionē iusticie et  
manifestationē: r hoc mō iustificat⁹ homo. i. iustus ostēdit  
tur ex opibus opatis. Vel q̄stuz ad habitū iusticie infu  
sum: r hoc mō nō iustificat⁹ q̄s ex opibus: cuz habitus iu  
sticie qua homo iustificat⁹ apud deū nō sit acquisitus: s̄z  
grām fidei iustus. Et iō signanter aplūs dicit. (Apd̄ deū)  
q̄ iusticia q̄ ē apud deū in interiori corde ē: iusticia autē  
q̄ ē ex opib⁹. i. q̄ manifestat iustū ē apud hoīes: r B̄ modo  
ap̄lus accipit apud deū. Ro. 2. Nō. n. auditores: s̄z facto  
res rē. Ro. 4. Si ex opibus abrahā iustificatus ē habet  
gloriam: sed non apud deum rē. Sic ergo patet cōclusio  
rationis: scilicet q̄ lex iustificare non potest.

¶ Cōsequenter cū dicit. (Quia iustus rē). Ponit maiorēz  
q̄ ē ex auctoritate scripture. Abacuch. 2. Et introduciē  
ēt Ro. 1. r ad Heb. 10. Circa qd̄ notādūm ē: q̄ in hoīe ē  
duplex vita. s. vita nature: et vita iusticie. Vita qdē natu  
re ē p̄ aīam. Un̄ aīa a corpore recedēte corpus remanet  
mortuū. Vita v̄o iusticie ē p̄ deū. Et iō p̄mū quo deus ē i  
aīa hoīs ē fides. ad Heb. 11. Accedētē ad deum o3 crede  
re. Eph. 3. Habitare x̄ps p̄ fidē rē. Et sic dicimus q̄ i aīa  
prima indicia vite apparēt in opibus anime vegetabilis  
q̄ aīa vegetabilis ē: q̄ primo aduenit animali gn̄ato: vt  
p̄hus dicit: ita q̄ p̄mū principiū q̄ de⁹ ē i nobis ē fides iō  
fides dī p̄ncipiū viuēdi. Et hoc ē qd̄ hic dicit. Iust⁹ me⁹  
ex fide vinit. Et intelligēdūz ē d̄ fide p̄ dilectionē opante.  
Minor aut ponit ibi. (Lex aut nō ē rē). Et primo ponit  
tur ipsa minor. Sc̄do p̄bat ibi. (S̄z q̄ fecerit rē). Dicit  
q̄. Lex nō ē ex fide. ¶ S̄z d. lex mādāt credere: q̄ sit v̄n⁹  
deus: r hoc p̄tinet ad fidē. Ergo lex habebat fidē: q̄ autē  
sit v̄nus de⁹ mandāt Deut. 6. Audi israhel: d̄ns de⁹ tu⁹ rē.  
R̄ideo dicēdū ē q̄ hic logē de obseruationibus mādā  
toz legis. s̄m q̄ lex consistit i mādatis r p̄ceptis cerimōia/  
lib⁹: r dicit q̄ ē ex fide. Fides. n. vt dicit Heb. 11. ē substā  
tia sperandaz rez argumētū nō apparētuz. Et iō p̄prie  
implet mādātum d̄ fide q̄ nō sperat ex hoc aliqua p̄ntia

r visibilia. Neg: s̄z bona inuisibilia r eterna. Lex q̄ q̄ p̄  
mittebat terrena: r p̄ntia: vt dī Esa. 1. Si volueritis r au  
dieritis me: bōa terre comedetis: iō nō ē ex fide: s̄z ex cu  
piditate potius vel ex timore. s̄m illos p̄cipue: q̄ carnali  
ter legē suabāt. Aliq̄ tñ spūaliter viuēbāt i lege: sed hoc  
nō ē ex ea: s̄z ex fide mediatoris. Et q̄ lex nō sit ex fide p̄  
bat cū dicit. (S̄z q̄ fecerit ea). s. opa legis viuēt in illis. s.  
vita p̄nti. i. in unis erit a morte tēporali r seruabit⁹ i vi  
ta p̄nti. Un̄ alr: dico q̄ lex nō ē ex fide: r hoc p̄z: q̄ qui fe  
cerit rē. Quasi dicat. p̄cepta legis non sunt d̄ credēdis: s̄z  
d̄ faciēdis: s̄z aliquid credēdum annūciat. Et iō virt⁹ ei⁹  
nō ē ex fide: s̄z ex opibus r hoc p̄bat: q̄ d̄ns q̄n voluit eā  
firmare nō dixit qui crediderit: s̄z qui fecerit ea viuēt i  
illis: s̄z noua lex ex fide ē. Math. vltimo. Qui credide  
rit r baptizatus fuerit rē. Lex tñ ē quoddā effigiatum r  
effectum ex fide: r iō comparat lex vetus ad legē nouaz  
sicut opa nature ad opa intellectus. Nam in ipsis opib⁹  
nature apparēt qd̄am opa intellectus: non q̄ res naturales  
intelligant: s̄z quia aguntur r ordinantur ab intellectu vt  
finē consequantur. Sic r in veteri lege aliqua continē  
tur: q̄ fidei sunt: non q̄ iudei ea prout erant fidei habe  
rēt: sed habebant ea in figura tantum fidei christi r p̄te  
stationem ex cuius fidei virtute saluabantur iusti.

Lectio.

V.



Christus autem nos redemit de ma  
ledicto legis. factus p̄ nobis maledi  
ctum: q̄ scriptū ē. maledictus ois q̄  
pendet in ligno: vt i gētibus benedi  
ctio abrahę fieret i x̄po iesu: vt pollicitationē  
spiritus accipiamus per fidem.

¶ Posito damno a lege illato r defectu legis ab illo eri  
pere nō valētis: hic consequēter ostendit virtutē christi  
ab ipso damno liberantis. Et primo ostēdit quomodo p̄  
x̄pm ab ipso dāno liberamur. Sc̄do quomodo ē sup̄ B  
auxiliuz a x̄po acquirimus ibi. (Ut in gētibus rē). Cir  
ca p̄mūz tria facit. Primo. n. ponit liberationis auctorita  
tē. Sc̄do liberationis modū ibi. (Fact⁹ p̄ nobis rē). Ter  
tio testimoniū p̄pheticū ibi. (Quia scriptū ē rē). Dicit q̄  
p̄mo. Quicūq; suabant opa legis erāt sub maledicto: sic  
dictū ē. Nec p̄ legē liberari poterant. Iō necesse fuit ali  
quē h̄re q̄ nos liberaret: r iste fuit x̄ps. Et iō dicit. (Chri  
stus redemit nos de maledicto legis. Ro. 8. Quod ipos  
sibile erat legi rē. Deus mittēs filiū suū. s. x̄ps rē. Rede  
mit in q̄ nos. s. iudeos p̄ciofo sanguine suo. Apoc. 5. Re  
demisti nos in sanguine rē. Esa. 43. Noli timere: q̄ rede  
mi te rē. De maledicto legis. i. d̄ culpa r pena. ifra. 4. Ut  
eos q̄ sub lege erāt redimeret. Osee. 13. de morte redimā  
eos. Modū liberationis p̄nt cū dicit. (Fact⁹ p̄ nob̄ ma  
ledictū). Ubi notādū ē q̄ maledictū ē qd̄ dī malum. Et  
s̄z duplex malū p̄t dici duplex maledictū. s. maledictū  
culpe r maledictū pene. Et vtroq; mō p̄t hoc legi dupli  
citer. (Factū p̄ nobis maledictū). Et p̄mo qd̄ d̄ malo  
culpe. Nā x̄ps redemit nos d̄ malo culpe. Un̄ sicut rede  
mit nos d̄ morte mortuus: ita redemit nos d̄ maledicto  
culpe factus maledictū. s. culpe: nō qd̄ q̄ in eo peccatū  
eēt aliqd̄: q̄ peccatū nō fecit nec dolus rē. Ut dī p̄. Pe. 2.  
S̄z s̄m opinionē hoīum: r p̄cipue iudeoz q̄ reputabant  
eū peccatōrē. Jo. 18. Si nō eēt hic malefactor: nō tibi tra  
didissemus eū. Et iō d̄ hoc dicit. sc̄de corin. 5. Eū q̄ nō no  
uerat peccatū fecit p̄ nobis peccatū. Dicit autē maledi  
ctū: nō maledictus: vt ostēdat q̄ iudei eū sceleratissimū  
reputabāt. Un̄ dicit Jo. 9. Nō ē hic hō a deo rē. Et Joā.  
10. De bono opere non lapidamus te: s̄z de peccato r de



blasphemia. Et id dicit. (Factus est pro nobis maledictus in abstracto) Quasi. d. Factus est ipsa maledictio. Secundo exponit de malo pene. Nam xps liberauit nos a pena sustinendo penam et mortem nostram: quod de nos puenit ex ipsa maledictione peccati. Inquit hanc maledictionem peccati suscepit pro nobis moriendo ut esset factus pro nobis maledictus. Et est sile ei quod dicit Ro. 8. Misit deus filium suum in similitudine carnis peccati. i. mortalis. scilicet cor. 5. Eum qui non nouerat peccatum. i. xps: qui peccatum non fecit: deus. scilicet pro nobis factus peccatum. i. factus pati penam: quoniam. scilicet oblati sunt pro peccata nostra.

Consequenter ponit scripture testimonium cum dicit. (Quod scriptum est. Maledictus ois etc.) Et h. Deut. 27. Ubi sciendum secundum glossas quod in Deut. Unde accipit h. ubi tam in frasis quam in hebreis codicibus h. Maledictus a deo ois etc. Quod quidem. scilicet a deo in antiquis hebreorum voluminibus non habet. Unde creditur quod a iudeis post passionem domini appositu sit ad infamiam christi. Potest autem exponi auctoritas de malo pene et de malo culpe. De malo quidem culpe sic. Maledictus ois qui pedet in ligno: scilicet pro culpa pro qua pendet. Et hoc modo christus est estimatus maledictus in cruce pedes: propter hoc quod maxime tali pena punitus fuit. Et secundum hoc continuatur ad precedentia. Dicit. n. precepit in Deut. ut qui suspensus fuerit in vespera deponatur. Et ratio huius est: quia hec pena erat ceteris abiectior et ignominiosior. Dicit ergo. Vere factus est pro nobis maledictus: quia ipsa mors crucis quam sustinuit sufficit ad maledictionem: quod scriptum est. Maledictus ois etc. De malo uero pene sic exponit. Dicit quod etc. Maledictus: quia ipsa pena est maledictio. scilicet quod sic mortuus est. Et est maledictus a deo: quia deus ordinauit ut hanc penam sustineret ut nos liberaret.

Consequenter cum dicit. (Ut in gentibus benedictio etc.) Potest species quam per christum super hoc quod per eum liberamur de maledicto acquirimus: ut dicit Ro. 5. Non sicut delictum: ita et donum immo multo maius. scilicet quia liberat a peccato et offert gratiam. Primo ergo ponit fructum: et quibus datur dicitur. (Ut in gentibus benedictio abrahe etc.) Quasi dicat. Factus est pro nobis maledictus non solum ut maledictionem remoueret: sed ut in gentibus que non sub maledictione legis erant: fieret benedictio abrahe promissa Genes. 22. In semine tuo benedicent omnes gentes etc. Et hec quidem benedictio facta est nobis. i. impleta est per christum que de semine abrahe: cui dicte sunt promissiones et semini tuo que per prophetas: ut dicit infra: eodem capi. Que quidem benedictio et fructus est ut pollicitatione spiritus accipiamus. i. promissiones quas spiritus sanctus facit in nobis. de beatitudine eterna: que quasi arra et pignus nobis tradit ipsam nobis promittit ut habetur Ephe. primo. et scilicet cor. 2. Et quidem in pignore datur ad certitudinem. Nam pignus est quidam certa promissio de re accipienda. Ro. 5. Non. n. accepistis spiritus fuitutis etc. et infra si filii et heredes. Vel pollicitatione spiritus accipimus. i. spiritus sanctus. Quasi dicat. Accipiamus pollicitationem de spiritu sancto factam semini abrahe. Jobel. 2. Effundam de spiritu meo etc. Quia per spiritum sanctum coniungimur christo: et efficitur semen abrahe: et digni benedictione. Secundo ostendit per quod pueniat nobis iste fructus dicens. Per fide: per quam quidem et hereditatem eternam acquirimus. Ad hebre. ii. Accedete ad deum ut credere: quia est: et inquirentibus se remunerato sit. Per fide est acquirimus spiritus sanctus: quod dicit Act. 5. Dominus datur spiritum sanctum obedientibus sibi scilicet per fidem.

Lectio.

VI.

**M**atres secundum hominem dico tamen hominibus confirmatum testamentum nemo spernit aut superordiat. Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius. Non dicit et seminibus quasi in multis: sed quasi in uno:

et semini tuo: qui est christus: hoc autem dico testamentum confirmatum a deo: quod post quadringentos et triginta annos facta est lex: non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas iam non ex promissione. Abrahe autem per promissionem donauit deus.

